

Roger Dodsworth and William Dugdale  
Monasticon Anglicanum, vol. 1  
London  
1655

Monasticon Anglicanum,  
SIVE  
Pandectæ  
CÆNOBIORUM  
Benedictinorum  
Cluniacensium  
Cisterciensium  
Carthusianorum  
A primordiis ad eorum usque dissolutionem  
  
Ex MSS. Codd.  
Ad Monasteria olim pertinentibus;  
Archivis  
Turrium Londinensis, Eboracensis;  
Curiarum Scaccarii, Augmentationum;  
Bibliothecis  
Bodleiana; Coll. Reg. Coll. Bened.  
Arundelliana, Cottoniana, Seldeniana, Hattoniana  
aliisque digesti  
  
per ROGERUM DODSWORTH, Eborac.  
GULIELMUM DUGDALE, Warwic.

LONDINI  
Typis Richardi Hodgkinsonne,  
M. DC. LV.

.....

xlv

Coenobia Anglicana,  
ORDINIS  
S. BENEDICTI.

.....

18b

CANTUARIENSIS  
Ecclesia Cathedralis.

Ex Chro=      TEMPORE quo beatus Grego=  
nicis Ger=      rius sanctam & celebrem Ro=  
vasii Du=      manam rexit Ecclesiam, misit  
robernen=      in nostram Britanniam, quæ  
sis MS. in      nunc Anglia vocatur, sanctum  
bibliothe=      Augustinum, & cum eo Mo=  
ca Cottoni=      nachos timentes Deum, ut ad  
ana.      fidem converterent gentem Anglorum. Qui sex=  
A. D.      centesimo gratiæ anno in Angliam venientes con=  
160.      verterunt in proximo regem Ethelbertum & non=  
nulla millia populi. Dedit autem eis præfatus Rex  
mansionem in Civitate Dorobernia quæ nunc est  
Cantuaria, quæ totius regni sui erat Metropolis,  
ut ibi prædicarent, baptizarent & quoscumque  
possent ad fidem Jesu Christi vocarent. Conse=  
crato igitur beato Augustino ex præcepto beati  
Gregorii ab Elutherio Arelatensi Episcopo, &  
pallio suscepto a beato Gregorio, construxit Au=  
gustinus in eadem ciuitate Cantuaria, Ecclesiam,  
quam in honorem saluatoris Jesu Christi dedi=

cavit, ibidemque non alias, sibi & successoribus suis sedem instituit metropolitanam. Congregatoque monachorum conventu concurrerunt undique populi, alii baptisma, alii monachatum petentes, sese suaque omnia, redditus, possessio-nes in usus pauperum, & eorum maxime susten-tationem qui ibidem divino fuerant mancipati servicio, contulerunt.

*Donationes Maneriorum & Ecclesiarum Ec-clesiæ Christi Cantuarien. & nomina donan-tium, una cum privilegiis & libertate eidem Eccles. concessis.*

A. D.  
600.

Ethelbertus Rex, anno Regni sui XXXV. ad fidem Christi per sanctum Augustinum conversus, statim Palatium suum eidem Augustino & successoribus suis infra civitatem Doroberniam perpetue dedit, ut ibi sedem Metropolitanam in ævum haberent, quam beatus Gregorius primam totius Regni esse decrevit & confirmavit, ut sicut prima fuit fidem suscipiendo, prima esset in dignitate. Hoc donum fecit Rex anno Domini DXCVII.

Ethelbaldus filius Ethelberti, dedit Monachis ejusdem ecclesiæ, manerium de Adesham ad ci-bum, Anno Domini DCXVI. cum campis, silvis, pascuis, & omnibus aliis ad villam illam rite per-tinentibus, libere ab omnibus secularibus serviceis, & fiscali tributo, exceptis istis tribus consuetu-dinibus, expeditione, Pontis, Arcisue construc-tione i.e. communī labore de quo nullus excipie-batur.

Anno Domini DCLXXX. Cedwalla Rex dedit Wilfrico Archiepiscopo Pageham, cum

19a

appendiciis ejus, scilicet Slindon Scrippaneg, Serectun, Bucgrenora, Beorgamstede, Chrismehamme, Mundanham-aquilonare, & a-liud Mundanham.

Anno Domini DCLXXXVII. Cedwalla Rex, cum conjugi sua Keneldritha, dedit Theodoro Archiepiscopo, & familie Ecclesiæ Christi in Do-robernia, Geddinge & Wodetone, libere sicut Adesham.

Anno Domini DCLXXXIII. Withredus Rex Cantiæ dedit terram quatuor aratrorum pro amo-re Dei & Brithwaldi Archiepiscopi, ecclesiæ beatæ Mariæ, quæ sita est apud Liminge, quæ terra vocatur Nunhelhestun L. S. A.

Anno Domini DCCXLI. Eadbright Rex, de-dit ecclesiæ Christi in Dorobernia capturam pisci-um in Lamhethe. & alia quædam, ecclesiæ de Liminge, tempore Cuthberti Archiepiscopi. L. S. A.

Anno Domini DCCXLVII. Eadbertus Rex Cantiæ dedit ecclesiæ de Reculure, tempore Breg-wini Archiepiscopi tributum unius navis in villa de Fordwic.

Anno Domini DCCLXXIII. Offa Rex, Janiberto Archiepiscopi rogante, dedit monachis ecclesiæ Christi Doroberniæ Hlyden juxta Sand-wicum. L. S. A.

Eodem Anno Offa, rex totius Angliæ, dedit Janiberto Archiepiscopo ad ecclesiam Christi Do= robern: terram trium aratrorum, quam Cantia= ni Anglice dicunt thre swolinges, in occidentali parte regionis quæ dicitur Mersware, ubi nomi= natur illa terra data Hlyden. Et signatum est hoc scriptum signis prædicti Regis & Archiepiscopi, & similiter Kinedrithæ Reginæ, trium Episco= porum, quinque Abbatum, Edbaldi Ducis, & xi. Principum.

Wallafus dedit Bramling Monachis ecclesiæ Christi Cantuar. qui illud habuit ex dono Edwlfii Regis idem donum confirmantis ut scriptum suum inde testatur.

Anno Domini DCCLXXXIIII. Eadmundus Rex Kanciæ, dedit Hwatrede Abbati de Recu= lure, & ejus familiæ ibidem degenti Scheldwihc scilicet terram xii. aratrorum. L. S. A.

Anno Domini DCCXC. Offa Rex Anglorum anno Regni sui xxxviii. ad instigationem Athelardi Archiepiscopi, dedit Ecclesiæ sancti Saluatoris in Dorobernia xc. tributaria terræ bipartita in duobus locis, Ix. in loco qui dicitur, Lingahese & Geddingas circa rivulum qui di= citur Fiscesburna, & xxx. in aquilonali ripa fluminis Tamis, ubi appellatur Twicanham: Ix. ad emendationem Ecclesiæ Saluatoris, & xxx. ad indumentum fratrum qui Deo serviunt in illa sancta Ecclesia.

Anno Domini DCCXCI. Offa Rex dedit Ec= clesiæ Christi Doroberniae, Otteford, & terram quin= decim aratrorum in Provincia Canciæ nomine Yecham, ad cibum monachorum. Perhamstede Roking & Andred ad pasca porcorum. Dun= malingdene, Sandherst, Suthelmingdene. Et in silvis quæ dicuntur Bocholte & Blean Heaubric. Et aliud inter torrentem nomine Eorthburnan & Aghne, Organiswike, treon, & pastum unius gregis juxta Theningden, & quinquaginta porcorum binnan Smede.

19b

Eodem anno Cenulfus Rex, rogatu Athelardi Archiepiscopi Doroberniae dedit vicario munere terram duodecim aratrorum ubi dicitur Ten= ham, ad metropolim Saluatoris Ecclesiam in Dorobernia. Hanc munificentiam maxime fecit Rex, quia idem Archiepiscopus gratia recompen= sationis terram xii. aratrorum dedit in loco ubi dicitur Cregesemilina.

Anno Domini DCCXCIX. Cenewlfus Rex, Archiepiscopo Athelaldaro rogante, Ecclesiæ Christi in Dorobernia reddidit terras quas Offa Rex abstulerat Janiberto Archiepiscopo, scilicet Cherring, Selebertes, Chert, ad vestimentum monachorum Bruingland & Burne.

Anno Domini DCCCIV. Cenulfus Rex & Rex Cuthredus dederunt Ecclesiæ de Liminge, ubi jacet corpus beatæ Eadburgæ sex mansuras in civitate Doroberniae, rogatu Athelardi Archie= piscopi.

Anno Domini DCCCV. Athelardus Archie= piscopus dedit, vel potius restituit, monachis

r. Athelardo

Ecclesiæ Dorobern: villam dictam Burne, ad victum monachorum, scilicet terram quatuor aratorum, quam terram prius homo bonus, nomine Aldhun, qui in hac regali villa hujus Civitatis Præfектus fuit, prædictis monachis contulit ad victum, sed rapacitate Offæ Regis de eadem terra privata est eadem Ecclesia L. S. A.

Eodem anno Cuthredus Rex Canciæ, cum licentia Cenulphi Regis Merciæ, tempore Wlfredi Archiep. dedit Ecclesiæ Christi Cantuar: terram duorum aratrorum, quæ dicitur Bocholte & Kingescualand L. S. A.

Eodem anno Cenulphus Rex dedit Wlfredo Archiepiscopo, ad opus Ecclesiæ Christi in Dorobernia, terram x. aratrorum scil. Bixle. L. S. A.

Anno Domini DCCCIX. Cenulphus Rex Canciæ dedit Wlfredo Archiepisc. Doroberniæ & monachis Ecclesiæ Christi, terram septem aratrorum, quæ dicitur Bereham L. S. A.

Anno Domini DCCCXI. Wlfredus Archiepisc. emit a Cenulpho Rege has terras, ad opus Ecclesiæ Christi in Dorobernia scilicet Gravenea, Cassingburnam, Ealmestede, Sunthunigland, juxta Gravene & Appингland. L. S. A.

Anno Domini eodem, Wlfredus Archiepisc. Doroberniæ concambium fecit cum conventu suo de Villa de Eastria pro Burne.

Anno Domini DCCCXIV. Cenulphus Rex dedit Wlfredo Archiepiscopo, & monachis in Ecclesia Christi Doroberniæ circiter xxx. jugera inter duos gremiales rivos fluminis quod dicitur Stour, & vocatur terra illa Brime L. S. A.

Lyschild dedit Middeltone Wlfredo Archiepiscopo, & monachis ecclesiæ Christi Cant: & postea, scilicet anno Domini DCCCXXII. Cenulphus Rex Merciorum idem donum confirmavit, ab omni seculari gravitate liberum, & fiscali tributo.

Anno Domini DCCCXXII. Cenulphus Rex dedit Wlfredo Archiepiscopo Coppanstan, Gremtamarsh & Shaldeford. L. S. M.

Eodem anno Beornulphus Rex Merciorum, dedit Ecclesiæ Christi Godmersham, ad victum & vestitum monachorum rogante Wlfredo Archiepiscopo L. S. A.

20a

Eodem anno Wlfredus Archiepiscopus Doroberniæ, concilium cælebravit in loco præclaro qui dicitur Clovesho, præsente Beornulpho Rege Merciorum, super libertate Ecclesiæ, ubi idem Archiepiscopus recuperavit quasdam terras Ecclesiæ Christi Doroberniæ ablatis, scilicet Harghes, Herfordingland, Wambelean, Geddin & Cumbe.

Anno Domini DCCCXIII. Cenulfus Rex dedit Wlfredo Archiepiscopo quandam terram infra mænia urbis Doroberniæ, scilicet lx. pedum in longitudine & xxx. pedum in latitudine, partem etiam extra civitatem ab aquilone civitatis xxx. jugera, xxv. in arido campo & v. acras prati.

r. Binne  
r. Lyfchild

Lifstanus dedit Southcherch monachis Ecclesiæ Christi Cant. Et postea Celulfus Rex Merciorum dedit eisdem, et idem donum confirmavit.

Anno Domini DCCCXXIV. Wlfricus Archiepiscopus dedit monachis Ecclesiæ Christi Dorobern: Eghethorne et Langedone pro commutatione de Bereham.

Item idem dedit eidem villam quæ dicitur Eastur-Waldington in occidentali plaga Ecclesiæ Christi, infra mænia urbis Doroberniæ, intra ripam fluminis Stoure.

Item idem dedit eisdem terram quæ vocatur Folquingland in regione Estriæ. Ruriculum quoque unius aratri in loco qui vocatur Byri.

Anno Domini DCCCXXVIII. Wiglaf Rex Merciorum dedit Ecclesiæ Christi Dorobern: & Wlfredo Archiepiscopo ejusdem Ecclesiæ, Brotewelle in Midd. L. S. A.

Anno Domini DCCCXXX. Werhardus presbyter præpotens in Anglia, de præcepto Archiepiscopi dedit monachis Ecclesiæ Christi Dorobern: terras prius ablatas, scilicet Harghes civ. hidam. Otteford c. hidam. Graveneyam xxxii. hidam. Burnan xliv. hidam. Seswalun x. hidam. Bereham xxxvi. hidam, &c.

Anno Domini DCCCXXXII. Rex Athulphus instinctu Ceolnothi Archiepiscopi dedit Ebbeneham, Deferthesia, Mistanhamb, Langebornam, Blakebornhamme, Plegimunhamme, Ofnehamme, & silvam quæ vocatur Ostrynden, & villam juxta civitatem Doroberniæ quæ vocatur Bertun, ad quam pertinent quinque jugera & duo prata apud Scertingan, & aliud apud Tanintun, omnia L. S. A.

Ethelwlfus Rex dedit Lose Suete viduæ & filiæ ejus, & illæ dederunt monachis Ecclesiæ Christi Cantuar: & est de vestitu eorum.

Anno Domini DCCCXXXV. Cinewarra Abbatissa dedit Humberto Duci terram juris sui, nomine Wircesmuth, ea conditione ut omni anno det Ecclesiæ Christi in Dorobernia pro gablo, plumbum trecentorum solidorum ad opus ejusdem Ecclesiæ Archiepiscopo Ceolnotho, & successoribus suis in perpetuum.

Eodem anno Hadleghe in Suthfolca data fuit per Elfledam sciente & consentiente Etheldredo Rege.

Anno Domini DCCCXXXVIII. Ecgbertus & Athelwlphus Rex filius ejus, dederunt Ecclesiæ Christi in Dorobernia Mallings in Southsexan, quod viz. manerium prius eidem Ecclesiæ dedit

20b

Baldredus Rex; sed quia non fuit de consensu magnatum regni, donum id non potuit valere, Et ideo isto anno in concilio apud Kingstone celebrato ab Archiepisc. Doroberniæ Ceolnotho, restauratum est Ecclesiæ antedictæ. L. S. A.

Anno Domini DCCCXXXIX. Ceolnothus Archiepiscopus propria pecunia sua emit Chert a quadam principe vocato Halethe concedente Rege Athelwlfo, & eandem villam Eccles. Christi

monachis dedit L. S. A.

Anno Domini DCCCXXXIX. Athulphus  
Rex dedit Ceolnotho Archiepiscopo Eastreasta  
Delham, scil. vii. jugera, quæ viz. terra adjacet  
Ecclesiæ S. Mariæ de Liming L. S. A.

Anno Domini DCCCLXXI. Elfredus Dux  
dedit Ethelredo Archiepisc. Doroberniæ, & mona=  
chis ejusdem Ecclesiæ villam de Chertham, ad  
vestitum monachorum, ut patet per chartam suam  
inde confectam, quam potius Codicellum dicimus.

Anno Domini DCCCXCIV. Wesingwerhs  
juxta flumen quod Romeneya, datum fuit per  
Plegmundum Archiepiscopum Ecclesiæ Christi.

Anno Domini DCCCXLIX. Heth datur per  
Elfreduum Regem Plegmundo Archiepiscopo &  
successoribus suis, ad opus Ecclesiæ & Monacho=

rum.  
Anno Domini DCCCCXXIII Wlfeelmus Ar=

chiepiscopus agros comparavit ab incolis qui no=

minantur Waldland & Wlfrethingland, juxta

locum, qui dicitur Rethercheap, extra portas

Doroberniæ.

Anno Domini DCCCCXXVII. Athelstanus  
Rex pro anima patris sui Edwardi & honore

Wlfelmi Archisacerdotis Doroberniæ, dedit Folk=

stane sitam super mare, ubi quondam fuit Mona=

sterium & Abbatia sanctorum virginum, ubi etiam

sepulta est S. Eanswitha, qui locus a Paganis

destructus fuit L. S. A.

Anno Domini DCCCCXXXIV. Ælfleda de=

dit Hamme Ecclesiæ Christi Cantuar.

Anno Domini DCCCCXXXIX. Winhelmus

dedit Wlfelmo Archiepiscopo Dorober: xi. agros

a meridie Doroberniæ. Et est terra illa circum=

data his terminis. Ab oriente Adredsland, ab

aquilone Kingsland, a meridie publica strata, &

ab occidente Brightemesland. Factum fuit

donum istud in præsentia Athelstani Regis.

Anno Domini DCCCCXL. Eadulphus Dux

per concessionem Regis Athelstani, præsente

Wlfelmo Archiep. dedit Mepeham L. S. M.

Anno Domini DCCCCXLI. Prestantun,

Wingham, Wolecumbe, Swerdingan, Bo=

sington & Graveney restitut: Ecclesiæ per Ead=

mundum Regem, & Eadredum fratrem ejus, &

Edwinum filium ejusdem Edmundi.

Athelstan Rex dedit villam de Terrings si=

tam super mare in Suthsexan, Ecclesiæ Christi in

Dorob: L. S. A.

Anno Domini DCCCCXLIII. Eardulfus Rex

Cantiæ, dedit Heahberthæ Abbati de Racul, &

ejus familiæ, scil. Monachis consistentibus in illo

loco vocato Raculfre, & etiam unius aratri in

loco qui nominatur Perhamstede.

Anno Domini DCCCCXLVII. Pecchangs

dat. ecclesiæ per Wlfricum, præsente & consenti=

ente Rege Edredo, matreque ejus Regina Eadgi=

va, Odoneque Archiepiscopo Doroberniæ, Wlstano

r. terram

ipsius Edredi, dedit ecclesiæ Christi in Dorobernia Monasterium Raculfense, bis denis semisque estimatum cassatis, cum omnibus pertin. sive littorum, sive camporum, agrorum, saltuumve. L. S. A.

Anno Domini DCCCCCLVIII. villa de Iccham data fuit per Athelwardum, præsente Odone Archiepiscopo.

Anno Domini DCCCCCLX. Ediva Regina, alio nomine dicta Edgiva, scil. mater Edmundi & Eadredi Regum, dedit Mepeham, Coulings, Osterland, Leanham, Pecham, Farnleghe, Monketon, et Addington, huic Ecclesiæ.

Anno Domini DCCCCCLXIII. Dunstanus, de consensu Regis Edgari dedit huic Ecclesiæ Fengg. vii. aratrorum, quod Anglice dicitur vii. hides, emptorum de Ingelram optimato ejusdem regis.

Anno Domini DCCCCCLXIV. Ethelstanus consentiente & concedente Archiepisc. Dunstano dedit Ecclesiæ sanctæ Mariæ de Limings, ubi sepulta est sancta Eadburga, terram unius jugeri quæ Vleham nominatur.

Anno Domini DCCCCCLIX. Egelredus Rex dedit Ecclesiæ in Dorobernia Sandwich, ad vestitum Monachorum, & Estreyam ad cibum monachorum L. S. A.

Anno Domini DCCCCXCII. Aschwinus Dorsetensis Episcopus reddidit Ecclesiæ Christi Alfrico Archiepiscopo Risbergh.

Anno Domini DCCCCXCII. Elfgiva regina dedit Ecclesiæ, Newinton & Brotewelle in regione de Oxindford, & calicem aureum cum patena aurea, in quo sunt xiii. marcæ de puro auro, & duo dorsalia de pallio, et duas capas de pallio cum tassellis auro paratis L. S. A.

A. D. DCCCCLXXX. Athelstanus filius Aethredi, de consensu & licentia ejus dedit Ecclesiæ Doroberniæ Holingburnan, ad cibum Monachorum, quam villam emit a patre. L. S. A.

Edmundus Rex filius Edivæ Reginæ dedit Preston & Eylwartone monachis Ecclesiæ Christi Cantuar. & est de victu eorum.

A. D. DCCCCXL. Dux Brithnothus iturus ad bellum contra paganos dedit Laling, Illech, Hadlegh, consentiente Rege Ethelredo, præsente Sirico Archiepiscopo Dorobern.

A. D. MIII. Ethelredus Dux dedit Ecclesiæ Christi particulam terræ in Dorobernia, quam sibi Rex Ethelredus dedit, xv. virgatarum in longitudine, & viii. in latitud. & vi. agros extra murum. Termini terræ infra murum sunt hii. In orientali parte, terra Regis, in parte australi, placea civitatis. In occidente terra Ecclesiæ Christi. In aquilone cæmiterium Christi.

A. D. MVI. Ethelredus Rex confirmavit omnes donationes terrarum quæ datae sunt Ecclesiæ Christi in Dorobernia, & super hoc scriptum suum dedit Elfrico Archiep. cum piscationibus, venerationibus, aucupationibus, & aliis omnibus libertatibus, exceptis illis tribus in Adesham, signo ipsius confirmatum, una cum xxxi. signis optimatum suorum.

Eodem anno Ethelric & Leofwina, annuente

r. platea

Rege Ethelredo, dederunt Bocking & Mersey

21b

ad victimum monachorum.

A. D. MX. Elfagus Archiepiscopus adjunxit Ecclesiæ Christi Cantuar. quandam terram nomine Wæreborne, Fremingham, & Wodetone, & est de vestitu monachorum L. S. A.

A. D. MXVIII. Mesteham & Cheyham duæ villæ in regione Surreya dat. per Ethelstanum, qui & Livingus.

Eodem anno Knuht Rex dedit Livingo Archiepiscopo, ad opus Ecclesiæ, silvam Haseleherst L. S. A.

A. D. MXXXIII. Kanutus Rex dedit Ecclesiæ Christi in Dorobernia portum de Sandwico, cum corona sua aurea, quæ adhuc servatur in capite crucis majoris in navi ejusdem Ecclesiæ. Portum illum dedit monachis cum theolonio eiusdem villæ, wrecco maris, & omnibus aliis consuetudinibus ad portum illum pertinentibus.

A. D. MXXXII. Apuldre, Orpintone, Palstre, & Wihtrischeham dat. Ecclesiæ per Edsinum presbiterum consentientibus Canuto rege, & Elfgiva regina sua.

A. D. MXXXVI. Theored: consentiente & concedente Knutone, dedit Horsleghe ad opus & victimum monachorum. L. S. A.

Memorandum quod idem rex Knute, confirmavit privilegia prædecessorum suorum legalia, in libertatem monasteriorum infra Kanciam postorum.

Eodem anno Hethe & Saltwode data Ecclesiæ per unum de principibus Angliæ, nomine Haldene.

Eod. anno Godmersham data fuit Ecclesiæ per Egelnatum Archiepisc.

A. D. MXXXVIII. Knuthus rex reddidit Ecclesiæ Christi in Dorobernia villam de Folkstane, quam olim rex Athelstanus filius regis Edwardi eidem Ecclesiæ dedit: ea conditione hanc donationem fecit Knutus, ut nunquam alienaretur eadem villa per Archiepiscopum, sine licentia regis & monachorum.

Wlstanus cognomento Wildepreost, annuente Domino suo Hardeknufo, dedit huic Ecclesiæ Thurrock.

A. D. XLIV. Egelricus Bigge dedit huic Eccles. Chert, Stouting, & Miletune.

A. D. XLVI. Wlfgith relicta Elfwine, & Godwinus, consentiente sancto Edwardo rege dederunt Ecclesiæ Christi in Dorobernia Stiude & Googeshale in Essex ad victimum monachorum L. S. A.

A. D. MLII. Villæ de Chertham & Waleworth concessæ & confirmatæ fuerunt per sanctum Edwardum, cum maneriis jam habitis, & multis libertatibus concessis. Prædictam villam Waleworth Edmundus rex dedit cuidam joculatori suo nomine Hitardo. Tempore tandem regis Edwardi idem Hitardus volens limina Apostolorum Romæ, venit ad Ecclesiam Christi in Dorobernia, & per consensum & concessionem regis Ed-

wardi dedit eandem villam eidem Ecclesiæ Christi,  
chartam quoque ejusdem terræ posuit super al=  
tare Christi, &c.

Siwardus & Mathildis uxor ejus dederunt  
Mershamb, monachis Ecclesiæ Christi Cantuariorum.  
Sancto Edwardo rege A. D. MLI. per scriptum su=  
um idem donum confirmante, & est de cibo eorum.

22a

Eod. anno Sake Sokne & aliæ libertates con=  
cessæ & confirmatæ per S. Edwardum.

Carta ejusdem de libera Warennæ.

A. D. MLIV. Brithmerus civis London dedit  
Ecclesiæ Cantuar. mesuagium suum apud Gers=  
cherche, & de licentia & consensu Stigandi Ar=  
chiepisc. & Godrici decani dedit etiam Ecclesiam  
omnium sanctorum testimonio Leifstani Por=  
trevæ & aliorum.

Willielmus Rex conqueror reddidit manerium  
de Haltone in comitatu Buck: monachis Eccle=  
siæ Christi Cantuar. antiquis & modernis tempo=br/>ribus a jure ipsius Ecclesiæ ablatum, & multa alia  
ut in martilogio continetur. Et plenius scriptum  
suum inde confectum testatur. Pro Deo & salute  
animæ suæ gratis hoc fecit & sine ullo prætio.

A. D. MLXXV. Conquestor confirmavit do=br/>num fratris sui Odonis, Episcopi Bajocensis, & Co=br/>mitis Canciæ, de domibus in Sandwico, datis Ec=br/>clesiæ, &c.

Carta regis Willielmi conqueroris ut Monachi  
Cantuar. omnes terras suas libere teneant.

Similis Carta regis H. 1. & 2.

A. D. MLXXXIII. conqueror confirmavit  
Lanfranco Archiepiscopo, omnes consuetudines in  
Ecclesia de Newenton antecessorum ejus, & in  
Ecclesia S. Martini de Doffris & in Scapeia.

Carta ejusdem de eadem in omnibus Domini=br/>cis Ecclesiæ Christi Cantuar.

Carta ejusdem Anglice & Latine de libertatibus  
Ecclesiæ Christi Cantuar. concessis.

Carta ejusdem de libertatibus quas S. Edw.  
concessit eid. Ecclesiæ Christi Cant. concessis.

Carta regis Henrici primi de eisdem.

Carta regis Richardi de eisdem.

Carlemannus levita dedit Broke Ecclesiæ Chri=br/>sti Cantuar. & postea Hen. rex primus idem ma=br/>nerium per cartam suam eidem Ecclesiæ contulit,  
& Henricus rex 2. per chartam suam idem mane=br/>rium confirmavit.

A. D. MVI. rex Henricus rogatus ab Anselmo  
archiepiscopo reddidit Ecclesiæ Christi Cantuar.  
villam quæ vocatur Slindone in Suthsex.

Carta regis Hen. 1. Hen. 3. & Richardi, de  
Geld & Danegeld. Anselmus Archiepiscopus  
Cantuar. reddidit monachis Ecclesiæ suæ medie=br/>tatem altaris Christi, quam in manu sua habebat  
post mortem prædecessoris sui Lanfranci archie=br/>pisci, qui eis aliam medietatem, cognita veritate  
quod ad illos pertineret, in vita sua reddiderat.  
Similiter & manerium de Stistede eis reddidit i=br/>dem Anselmus, eo quod ad eos pertinere scitur.

A. D. MCXXX. Henricus rex primus dedit  
Ecclesiam sancti Martini Dover Monachis Eccle=

siæ Christi Cantuar. in dedicatione ejusdem Ecclesiæ Cant. cum omnibus pertinentiis & provenientiis. tam in terra quam in mari, ut inde charta testatur.

A. Eodem, Willielmus Archiepiscopus dedit octo libras anni redditus de manerio suo de Reculvere, monachis Ecclesiæ Christi Cant. in dominum ipsius Ecclesiæ in perpetuum & hoc tempore regis Hen. 1. quod donum S. Edmundus Archiepisc. postea confirmavit.

A. D. MCXLVI. Henricus de Rya seisivit Eccles. Christi Cant. de manerio de Diepham, per quendam cultellum super altare Christi, præsentibus

22b

Theobaldo Archiepisc. Waltero Priore, aliisque multis; & acceptus fuit in fraternitatem a prædictis Archiepisc. & Prior. anno supradicto. Quam donationem Hen. rex. 2. confirmavit.

Manerium de Berkesore datum per Stephanium regem, ad inveniendum lumen, ante capsam beati Anselmi Archiepiscopi.

Henricus rex secundus dedit & confirmavit Deo, beato Thomæ & Ecclesiæ S. Trinitatis Cantuar. xv. libratas redditus in Berkesor, in Hokis Aisse & Rissendona, & xxv. libratas redditus in Leisdona, & ita libere, &c. sicut ego, &c.

Willielmus Tracy dedit Doccombe tempore Hen. secundi idem donum confirmantis.

Carta regis Hen. secundi de via circa murum cemiterii nostri.

Carta ejusdem de terra nostra super montes de Hollingborne.

Carta ejusdem de libertatibus nostris libere tenendis.

Carta Regis Stephani de eisdem.

A. D. MCXCIX. Richardus rex primus, anno regni sui primo dedit boscum de Blean, monachis Ecclesiæ Christi Cant. per unum parcioret carum, salvo tamen uno summario quem pater ejusdem regis concessit Ecclesiæ & canonicis S. Gregorii in eod. bosco.

Duæ cartæ Alianoræ Reginæ de xiii. tenentis in Judaismo Cantuar.

Carta ejusdem de maneriis de Terstane & Westfarlegh, cum advocationibus Ecclesiarum de Westclive & Westerham pro portu de Sandwice, quam donationem Edwardus rex primus per cartam suam confirmavit.

A. D. MCCXXVI. Dominus Walterus Raynold Archiepisc. de licentia speciali Ed. regis 3. dedit monachis Ecclesiæ Christi Cant. manerium de Caldecote juxta Cantuar. cum bosco de Torholte, & cum omnibus & singulis libertatibus.

A. R. R. Ed. 3. xxvii. Richardus Boviton de licentia speciali ejusdem regis, dedit manerium suum de Boviton, cum omnibus pertinentiis. in villa de Bocking in com. Essex, Priori & Conventui Ecclesiæ Christi Cant.

Dominus Edwardus Princeps filius regis Ed. 3. dedit monachis Ecclesiæ Cantuar. manerium de Fawkeshall eodem rege Edwardo idem do-

num confirmante, ad sustentationem duorum capellanorum in eadem Ecclesia celebraturorum.

Edwardus 3. anno regni sui xxxviii. dedit in es= cambium Priori & Conventui Ecclesiae Christi Cantuar. manerium de Borle in com. Essex, pro consuetudinibus & redditibus una cum omnibus juribus, &c. quæ idem P. & C. habuerunt vel habere aliquo modo potuerunt in villa & portu de Sandwico, cum aliis redditibus in Insula de Scapeia, ut in carta, &c.

Carta regis Hen. 4. ne furagium capiatur ubi= cunque in comitatu Canciæ ad equos sustentandos in castello Dover.

Item Carta ejusdem regis, de via infra murum civitatis Cant. quæ ducere solebat de Northgate usque Queningate.

23a

#### CANTUARIENSE

Cœnobium S. Augustini.

Ex Chron.  
MS. Tho=  
mæ Sprot  
monachi  
S. Augu=  
stini Cant.  
in biblio=  
theca Cot=  
toniana  
[sub eff=  
igie vitellii  
D. 11.]

A/o. D.  
592.

A/o. D.  
596.

LUX vera quæ illuminat omnem homi= nem venientem in hunc mundum, etsi novo lucis suæ radio, totam illustret Ecclesiam, dum beatum Gregorium suæ Ecclesiæ sumnum præfecit pastorem et pon= tificem; specialius cum gentem visitavit Anglicam. Cum eam de tenebris, & umbra mortis dignatus est evocare ad lucis suæ fidei notitiam. Gregorius namque in summum Pontificem ordinatus, quarto nonas Septembbris sub anno domini D xcii. verbum Dei quod ipse & in persona propria genti Anglo= rum prædicare disposuerat, divino admonitus in= stinctu, per suum alumnū Dei servum Augusti= num explore curavit. Gregorius igitur quinto or= dinationis sui anno, videlicet sub anno Domini D xcvi. misit beatum Augustinum & alios cum eo quam plures monachos ac verbi Dei ministros quasi numero quadraginta genti Anglorum fidem prædicare catholicam, qui Dei ministri qualiter se gerebant in itinere uersus Angliam qualiterque Angliam venientes in Thaneto applicuerunt; quali= terve a rege Athelberto suscepti fuerant, qualiterque Cantuariam pervenerant pertractare omitto; cum hæc omnia in textu vitae Augustini pertra= ctentur. Augustinus igitur cum suis sociis, locum in civitate Cantuariæ adeptus, vitam cepit imitari Apostolicam. Interea Rex Athelbertus servorum Dei vita mundissima delectatus, & promissis eo= rum suavissimis, quæ miraculorum ostentione vera esse perspexerat, in fide roboratus catholica cum suis commilitonibus baptizatus est in die Pente= costes sub anno domini D xcviij. Rege itaque bapti= zato & in fide confirmato Augustinus ad civita= tem Galliarum Arelatensem progreditur, & ab e= jusdem urbis Episcopo Etherio in Episcopum or= dinatur, sub die xvi calendas Decembris, Ordina= tusque Augustinus Angliam rediit, & cum glo= ria & omni qua decuit solemnitate a rege & po= pulo susceptus, atque in civitate Cantuariæ sedem Episcopalem adeptus, continuo Laurencium Presbyterum, & Petrum Monachum Romam misit, qui beato Pontifici Gregorio referrent regem cum

regno fidem Christi suscepisse, & se ipsi genti  
Anglorum Episcopum fore ordinatum, simul & de  
iis quæ necessaria videbantur questionibus ejus  
consulta efflagitans. Quæ si quis plenius scire de=  
siderat Bedam de gestis Anglorum legat, & ibi de=  
siderata reperiet. Interea Augustino sedem Epis=  
copalem, ut supra diximus, in civitate Cantuarie  
adepto, recuperavit in ea Ecclesiam regio fultus  
auxilio, quam ibidem antiquo fidelium Romano=  
rum opere factam fuisse didicerat, & eam in no=  
mine sancti Salvatoris Dei, & domini nostri Jesu  
Christi consecravit; atque ibidem habitationem  
sibi statuit, & cunctis successoribus suis, quæ usque  
in hodiernum diem vocatur Ecclesia Christi Can=  
tuariensis totius Angliae Nutrix & Metropolis. Erat  
autem non longe ab ipsa civitate, ad Orientalem,  
quasi medio itinere inter Ecclesiam sancti Mar=  
tini, & muros civitatis situm, phanum, sive ydo=  
lum, in quo idem rex Athelbertus, secundum ri=  
tum gentis suæ solebat orare, & una cum plebe

r. Orientem

23b

sua, demoniis magis quam Deo, immolare: Quod  
phanum statim ut ab Etherio Arelatensi Augu=  
stinus Episcopus ordinatus, ut subscribitur, Ang=  
liam est regressus, ab inquinamentis, & sordibus  
gentilium purgavit, & simulacro quod in eo erat  
conftracto, Synagogam mutavit in Ecclesiam, &  
eam in nomine sancti Pancratii Martyris dedica=  
vit: Et hæc est prima Ecclesia ab Augustino de=  
dicata. Extat adhuc altare in porticu ejusdem  
Ecclesiæ australi, in quo idem Augustinus solebat  
celebrare, ubi prius steterat simulachrum regis. His  
itaque gestis Augustinus, prædictam san=  
cti Pancratii Ecclesiam, una cum terra adjacente a  
rege obtinuit. In cuius fundo prædictus rex A=

thelbertus, hortatu beati patris Augustini, Eccle=  
siam in honore sanctorum apostolorum Petri &  
Pauli a fundamentis construxit, & Monachos in=  
ibi perpetuis temporibus deservituros in eadem  
ecclesia instituens, donis variis & possessionibus do=  
tauit eandem, & in eadem Ecclesia præfatus rex sibi  
& successoribus Cantuariorum regibus sepulturam  
elegit. In hac etiam Ecclesia Augustinus se &  
suos successores, Cantuarienses Pontifices, statuit  
sepeliri.

Rot. Cart.  
de a. 36.  
E. 3.

Edwardus, dei gratia, rex Angliae (&c.) Archi=  
episcopis (&c.) Salutem. Inspeximus cartam  
bonæ memorie Athelberti, quondam regis An=  
gliae, in hæc verba. In Nomine Domini Jesu  
Christi. Omnem hominem qui secundum Deum  
vivit, & remunerari a Deo sperat & optat, opor=  
tet ut piis precibus consensum hilariter, & ex ani=  
mo præbeat, quoniam certum est tanto facilius  
ea quæ ipse a Deo poposcerit consequi posse,  
quanto, & ipse libentius Deo aliiquid concesserit.  
Quocirca ego Athelbertus rex Kanciæ, cum con=  
sensu venerabilis archiepiscopi Augustini, ac prin=  
cipum meorum, do, & concedo Deo in honore  
sancti Petri, aliquam partem terræ juris mei, quæ  
jacet in oriente civitatis Doroberniæ; Ita duntaxat  
ut Monasterium construatur, & res quæ supra

memoravi, in potestate Abbatis sit, qui ibi fuerit ordinatus. Igitur adjuro & præcipio, in nomine domini Dei omnipotentis, qui est omnium rerum Judex justus, ut præfata terra subscripta donatione semperernaliter sit confirmata, ita ut nec mihi, nec alicui successorum meorum, regum aut principum, sive cuiuslibet conditionis, dignitatibus & ecclesiasticis gradibus, de ea aliquid fraudare liceat.

Si quis vero de hac donatione nostra aliquid minuerit, aut irritum facere temptaverit, sit in praesenti separatus a sancta communione corporis & sanguinis Christi, & in die judicii, ob meritum malitiæ suæ a consortio sanctorum omnium segregatus. Circumincta est hæc terra hiis terminis; in oriente Ecclesia sancti Martini, in meridie via de Burgate, in occidente, & in aquilone Druingestrete. Acta in civitate Doroberniæ, anno ab incarnatione Christi Dc. v. Indictione vi. + Ego Ethelbertus rex Kanciæ, sana mente, integroque concilio, donationem meam signo sanctæ crucis propria manu roboravi confirmavique. Ego Augustinus gratia Dei Archiepiscopus testis consentiens libenter subscripsi. Edbaldus, Hanngisilus, Angemundus, Referendarius, Hoccta, Gracys, Thougyl, Pinca, Geddy.

A. D.  
605.

## 24a

Ex Registro S. Augustini Cantuar. in bibl. Cottoniana [sub ef=figie Claudi] D. 10.] f. 9 a.

In Nomine Domini nostri Jesu Christi. Notum sit omnibus tam præsentibus quam posteris, quod ego Athelbertus Dei gratia Rex Anglorum per evangelicum genitorem meum Augustinum de idolatra factus Christicola, tradidi Deo per ipsum antistitem aliquam partem terræ juris mei sub orientali muro civitatis Doroberniæ, ubi scilicet per eundem in Christo institutorem, Monasterium in honorem Principum Apostolorum Petri & Pauli condidi, & cum ipsa terra, & cum omnibus quæ ad ipsum monasterium pertinent perpetua libertate donaui, adeo ut nec mihi, nec alicui successorum meorum regum, nec ulli unquam potestati sive ecclesiasticæ, sive seculari, quicquam inde liceat usurpare, sed in ipsis Abbatis sint omnia libera ditione. Si quis vero de hac donatione nostra, aliquid minuere, aut irritum facere temptaverit, auctoritate beati Papæ Gregorii, nostrique apostoli Augustini simul & nostra imprecatione, sit hic segregatus ab omni sanctæ Ecclesiæ communione, & in die judicii, ab omni electorum societate. Circumcingitur hæc terra his terminis. In oriente Ecclesia sancti Martini, & inde ab oriente, be sywenne dime, & sic ad aquilonem be wikenge mearche, iterumque ad orientem & ad austrum be Burnware mearche. Item ad orientem & ad austrum, be suthburware mearche; & sic ad austrum & occidentem be kynges mearche, item ad aquilonem be kynges mearche, sicque ad occidentem to Rithere cheape, & ita ad aquilonem to Druting strete. Actum est hoc in civitate Doroberniæ, anno ab incarnatione Christi. Dc. v. indictione vi.

Ego Athelbertus Rex Anglorum hanc donationem meam, signo sanctæ crucis, propria ma-

A. D.  
605.

nu confirmavi. Ego Augustinus gratia Dei ar= chiepiscopus libenter subscripsi. Ego Edbaldus, regis filius favi. Ego Hamigisilus dux laudavi. Ego Hocca comes consensi. Ego Angemundus referendarius approbavi. Ego Graphio comes be= nedixi. Ego Tangisilus, regis optimas confirmavi. Ego Pinca consensi. Ego Geddy corroboravi.

Rex Anglorum Athelbertus misericordia omni= potentis Dei catholicus, omnibus suæ gentis fide= libus, & adventum gloriæ magni Dei & Salvato= ris nostri Jesu Christi, beata spe expectantibus, salutem vitæque æternæ beatitudinem. Largiente summi Regis clementia Ego Athelbertus in solio paterno confirmatus, paceque divinitus concessa, eo jam per decem quinquennia sceptrigera poter= state potitus, & per venerabiles sacræ fidei docto= res spiritus sancti gratia irradiatus, ab errore fal= sorum deorum, ad unius veri Dei cultum toto corde conversus, ne ingratus beneficiorum appa= ream illi a cuius sancta sede nobis in regione um= brae mortis sedentibus lux veritatis emicuit, inter alias quas fabricavi Ecclesias monitu & hortatu beatissimi papæ Gregorii & sancti patris nostri Augustini, ipsi beatissimo apostolorum Principi Petro & doctori gentium Paulo monasterium a fundamentis construxi, illudque terris variisque possessionum donariis decorare studui, inibique monachos Deum timentes aggregari feci, & cum consilio ejusdem reverentissimi archipræsulis Au= gustini, ex suo sancto sanctorum collegio venera= bilem virum secum ab apostolica sede directum Petrum monachum elegi, eisque ut Ecclesiasticus

24b

ordo exposcit Abbatem præposui. Hoc igitur monasterium ad proiectum debiti culminis pro= movere desiderans, suarumque possessionum terminos dilatare gestiens, sana mente integroque consilio, cum Ædbaldi filii mei aliorumque no= biliū optimatumque meorum consensu, ob re= demptionem animæ meæ & spem retributionis æternæ, optuli ei etiam villam nomine Sturigao alio nomine dictam Cistelei cum omnibus red= ditibus ei jure competentibus, cum mancipliis, silvis cultis vel incultis, pratis, pascuis, paludibus, fluminis= bus, & contiguis ei maritimis terminis eam ex una parte cingentibus, omnia mobilia vel immobilia in usus fratrum sub regulari tramite & monastica religione inibi Deo servientium: missurum etiam argenteum, scapton aureum, iterum sellam cum fræno aureo, & gemmis exornatam, speculum ar= genteum, armilcaisia oloserica, camisiam orna= tam quod mihi xenium de domino Papa Gregorio sedis apostolicæ directum fuerat, quæ omnia su= pradicte monasterio gratanter optuli. Quod e= tiam monasterium ipse servus Dei Augustinus sanctorum Apostolorum ac Martyrum reliquiis variisque ecclesiasticis ornamentis ab apostolica sede sibi transmissis copiose ditavit, seseque in ea & cunctos successores suos ex auctoritate aposto= lica sepeliri præcepit, scriptura dicente 'non esse Ci= vitatem mortuorum sed vivorum.' Ubi etiam mihi

& successoribus meis sepulturam providi, sperans me quandoque ab ipso apostolici ordinis Principe cui dominus potestatem ligandi atque solvendi dedit, & claves regni cœlorum tradidit, a peccatorum nexibus solui, & æternæ beatitudinis Januam introduci.

Quod Monasterium nullus Episcoporum, nullus successorum meorum Regum in aliquo lœdere aut inquietare præsumat, nullam omnino subjectionem in ea sibi usurpare audeat, sed Abbas ipse qui ibi fuerit ordinatus, intus & foris cum consilio fratrum secundum timorem Dei libere eum regat & ordinet, ita ut in die domini dulcem illam piissimi Redemptoris nostri vocem mereatur audiare dicentis, ‘Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.’ Hanc donationem meam in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti largitate divina ut mihi tribuatur peccatorum remissio, per omnia cum consilio reverentissimi Patris Augustini condidi, idque ad scribendum Augemundum presbyterum ordinavi. De his ergo omnibus quæ hic scripta sunt, si quis aliquid inde minuere præsumpsit, sciat se æquissimo Judici Deo & beatis Apostolis Petro & Paulo rationem esse redditurum. Confirmata est hæc donatio præsentibus testibus reverentissimo Patre Augustino Dorovernensis Ecclesiæ Archiepiscopo primo, Mellito quoque & Justo Londoniæ, & Rofensis Ecclesiæ præsulibus, & religioso famulo Christi Laurentio Presbytero, Edbaldo filio meo, Hamigisilo Duce, Augemundo referendario, Hocca & Graphione Comitibus, Tangisilo & Pinca & Geddi & Aldhuno Regis optimatibus, aliisque pluribus diversarum dignitatum personis. Actum sane quadragesimo quinto anno regni nostri, sub die v. idus Januarii.

25a

*Privilegium almi Augustini, Angliæ Apostoli.*

AUGUSTINUS Episcopus Doroberniæ sedis famulus, quem superna inspirante clementia, beatissimus Papa Gregorius Anglicæ genti Deo acquirendæ Legatarium misit amministrum; omnibus successoribus suis Episcopis, cunctisque Angliæ regibus cum suis posteris, atque omnibus Dei fidelibus & in fide & gratia pacem & salutem. Patet omnibus quod Deo amabilis Rex Athelbertus, primus Anglorum Regum Christi regno sacratus, nostra instantia & sua prodiga benevolentia inter cæteras ecclesias quas fecit & episcopia, monasterium extra Metropolim suam Doroberniam, in honorem Principum Apostolorum Petri & Pauli regaliter condidit & regalibus opibus amplisque possessionibus ditavit, dilatavit, magnificavit, perpetuaque libertate, & omni jure regio cum omnibus rebus & judiciis, intus & foris illi pertinentibus, munivit, suoque regio privilegio & superni judicii imprecatione, atque Apostolica sancti Papæ Gregorii interminatione excommunicatoria, contra omnem injuriam confirmavit. Ego quoque ejusdem libertatis adjutor & patrocina-

tor omnes successores meos Archiepiscopos, omnesque ecclesiasticas vel sacerdtales potestates per dominum Jesum Christum & Apostolorum ejus reverentiam obtestor, atque apostolica memorati patris nostri Papae Gregorii interminatione interdico, ne quisquam unquam ullum potentatum, aut dominatum, aut imperium in hoc dominicum vel apostolicum monasterium vel terras vel ecclesias ad illud pertinentes usurpare praesumat, nec ulla prorsus subjugationis aut servitutis, aut tributi conditione, vel in magno vel in minimo, Dei ministros inquietet aut opprimat. Abbatem a suis fratribus electum in eodem monasterio non ad sumum famulatum sed ad dominicum ministerium ordinet, nec sibi hunc obaudire sed Deo suadeat. Nec vero sibi subjectum, sed fratrem, sed consortem, sed collegam & co-ministrum in opus dominicum eum reputet. Non ibi missas quasi ad suae dicionis altare nec ordinationes vel benedictiones usurpativa sine Abbatis vel fratrum petitione exerceat, nullum sibi jus consuetudinarium vel in vilissima re exigat quatinus pacis concordia unum sint in domino utrumque, nec quisquam, quod absit, dominandi dissidio in judicium incidat dialoli, qui superbiæ tyrannide corruit de cœlo. ‘Reges gentium’ (inquit dominus) ‘dominatur eorum, vos autem non sic.’ Cumque ab alienis non a filiis accipiantur tributa, sic ipse dominus concludit, ‘ergo liberi sunt filii.’ Qua ergo irreverentia patres ecclesiarum in filios regni Dei sibi vendicant dominationem, maxime autem in hanc ecclesiam sanctorum thesauro, in cuius materno utero tot pontificum Doroberniæ, Regumque ac Principum corpora speramus alma refovenda seculaturæ requie, ex auctoritate scilicet apostolica, & hinc ad æternam gloriam resuscitanda. Tales supremi Judicis amicos si quis offendere non metuens hujus privilegii statuta violaverit, vel violatorem imitando vim suam tenuerit, sciat se apostolico beati Petri gladio per suum vicarium Gregorium puniendum nisi emendaverit. Hæc ergo omnia, uti hic sunt scripta, apostolica ipsius

25b

institutoris nostri Gregorii comprobatione & auctoritate servanda sancimus, suoque ore confirmamus, praesente gloriose Rege Athelberto cum filio suo Ethelbaldo, & collaudantibus cum ipso omnibus optimatibus Regiis, atque ultiro voluntibus reverentissimis fratribus nostris a sancta Romanâ ecclesia huc mecum vel ad me in Evangelium domini destinatis, scilicet Laurentio, quem nobis Deo favente successorem constituimus, & Mellito Lundoniæ Episcopo, & Justo Rofensi Episcopo, & Petro venerabili ejusdem monasterii Principum Apostolorum, Abbatे primo, cum ceteris in Dominio adjutoribus meis obnixe postulantibus, simulque in eos qui haec fideliter servaverint benedictionem, aut in impenitentes, quod nolumus, transgressores damnationem exercentibus.

De Ecclesiis fundatis ante adventum Normannorum in Angliam.

Ex MS.  
quodam in  
Collegio  
Corp. Chri-  
sti Canta-  
brigiae.  
[Miscel-  
lanea G.]  
p. 307.

Ecclesia S. Trinitatis apud Cant. a Romanis fun= data est, sed ab Augustino consecrata.  
Ecclesia Apostolorum Petri & Pauli extra muros Cantuar. ab Augustino fundata est, sed a Lau= rentio Archiepiscopo consecrata.

Cimiteria  
in Anglia  
constituta.

Prædicante Augustino, cum sociis suis in Bri= tannia Verbum Dei genti Anglorum, anno ab incarnatione Domini quingentesimo nonagesi= mo septimo; Athelbertus Rex Cantuar. credidit & baptismi gratiam suscepit. Qui Dei ac Salva= toris sui amore, beato Augustino & omnibus suc= cessoribus suis Palatium & Curiam suam, omnem= que civitatem cum suburbanis suis jure perpetuo habere concessit. Ipse vero ad Raculfum qd se= cus mare situm est, transivit, ibique sibi ac success. suis regalem sedem paravit. Augustinus igitur civitate potitus, & iis qui in ejus suburbio erant exceptis, principio alodiis ad orientalem plagam, cimiterium civitatis extra muros fecit, ubi E= thelbertus Rex, rogatu Augustini, Monasteri= um, in honore beator. Apostolorum Petri & Pauli fabricavit, in quo ipsius Augustini & suc= cessorum ejus corpora, monachorum quoque & aliorum fidelium Doroberniæ possent sepeliri; du= ravit itaque mos iste per plurima annorum curri= cula. Cum autem venerabilis vir Cuthbertus ad Archiepiscopatum venisset, qui ab beato Augu= stino undecimus fuerat, ex more, propter digni= tatis suæ pallium, Romam ivit: & peracto nego= tio consideravit infra civitatem Laterani plures sepultos fuisse, accedensque ad Papam rogavit ut sibi in Anglia infra civitates liceret cimiteria fa= cere. Annuit, rediit, & per Angliam passim ci= miteria fieri constituit; a tempore illo præsules ac Monachi, cæterique ut ratio poscebat, Cant. sunt tumulati. Sed licet cimiterium in civitate sit factum, illud tamen qd. extra civitatem prius fue= rat nihilominus in dominio & potestate Archiepis= copi manebat, quam quidem Ecclesiam illam bea= torum Apostolorum, ubi corpus beati Augustini sociorumque tumulata sunt, libere Archiepis: te= nebant, utpote eam quæ in propria terra Archie= scoporum sita est, unde etiam aulas suas cæte= rasque domos necessarias infra habitum Curiæ S. Augustini ipsi habebant; Ibi frequentius commanebant propter aerem liberiorem & locum

r. ambitum

26a

salubriorem quam in alia Curia sua quæ juxta Metropolin Basilicam infra civitatem habetur, nempe quæ Archiepisc. adeo propria erat, ut illam cui voluissent darent, quodque inde decrevissent facere potuissent: Omniaque itaque ad eam pertinentia disponebant, sic, Ecclesiam Dorober= nensem ubi sedes Episcopalis erat; nec differentia aliqua inter Monachos Cantuariensis Ecclesiæ & fratres sancti Augustini erat, sed utrique congre= gationi unum capitulum, refectorium cæteraque loca erant communia: In hoc tamen differebant, quod Monachi sancti Augustini nunquam extra suum claustrum processionem faciebant, nisi quando Dorobernenses prodibant, tuncque illi

Monaste=rum de Raculver fundatur.

omnes conjuncti coibant ad portam Ecclesiæ Christi; de sancto Augustino venientes, cum suis sanctuariis, Dorobernensibus sociebantur, unum continentes & ad nutum cantoris Doroberniæ pari modo in hiis quæ sui officii erant parentes. Revertentes ad portam dividebantur, illi, ad Episc.: illi ad sanctum Augustinum; campanis minime horas designabant antequam in Episcopali sede signarentur, propter hoc nonnulla a præsulisbus sunt Abbatibus instituta, utpote hiis qui ab Archiepiscopis habebant quicquam honoris tenebant. Siquidem in cæna domini annatim æditus sancti Augustini l. sol. denariorum secretario sancti Salvatoris Doroberniæ reddebat pro omnibus Capellis ad Ecclesiam beati Augustini pertinentibus, & vii. denarios pro cognitione subjectionis de Altari beatorum Apostolorum Petri & Pauli, super Altare Christi Doroberniæ propria manu posnebat; vel si ipse non poterat, unus de Ecclesiæ senioribus. Præterea ipsa Ecclesia xxii panes monachiles eidem præbet, duas amphoras de melito potu qui eum medonem vocant, refertas, & duos arietes, trinos juvencos, cornubus & non mutiliatos. Hac die in sede Episcopali ad majoris campanæ sonitum Pontifex absolutionem facit; sabbato vero mane ad sanctum Augustinum vadit, ibi fratres absque signi sonitu absolvit, & lavacro ibidem sibi parato lavantur, radantur; ubi vero de lavacro exierit habebit sibi Abbas indumenta nova parata, scilicet, staminam & fœmoralia, cuculam, & froccum, crurum quoque & pedum tegumenta. Quibus indutis equitaturam sibi decenter ascendet, quam Abbas honeste constratam præbebit. Sicque Abbatum eum ducente cum suis honestioribus ad sedem suam redibit. Cum vero ad suas mansiones Archiepiscopus ire decreverit & Abbas domi fuerit, ad Curiam Archiepiscopi Abbas veniet, equitaturum operiet, & equitantem ad unum vel duo milliaria conducet. Cum vero redierit, ei obviam Abbas procedet & cum honore ad suam sedem perducet. Hæc & hiis similia sunt Cantuariensium Monachorum scripta. Inter hæc, conventus religiosorum multis in locis aguntur, cœnobia fabricantur, Abbatiae construntur, apud Raculfe, quo in loco sibi Rex Ethelbertus sedem regni præparaverat, cœnوبium constructur, cuius Abbas ultimus fuit Wenredus. In australi parte civitatis infra muros, Abbatia in honore beatæ Mildrithæ statuitur, cuius ultimus Abbas Alfwicus. Extra civitatem in parte orientali, est Ecclesia beati Martini, ubi sedes Episcopalis erat. Qui Episcopus domi vel in Comitatu semper manebat, & vices Archiepiscopi qui

26b

regis Curiam frequentabat per omnia gerebat. Monachos sibi de Ecclesia Dorobernensi, & ipse Monachus in obsequium accipiebat, solemnitates in sede Metropoli celebrabat, sicque ad sua redibat, Archi-Diaconatus officium agebat, similiter clericos qui ad Archiepiscopum pertinebant; clericos vero qui in terris Monachorum erant, Prior Ecclesiæ quem Decanum vocant, curabat, corri-

piebat, emendabat. In ipsis suis Ecclesiis ponendos ponebat, deponendos deponebat, sua per se capitula tenebat.

In Synodis ipse & Episcopus pari ornatu conse= debant, pariter audit a decernebant. Cum autem quivis pro recto faciendo pignus porrigeret, is ad quem pertinebat illud & emendationem accipie= bat. Moris istius series usque ad tempora Normanorum perduravit. Hujus Episcopatus præsul extre= mus extitit Godwynus. Anno ab incarnatione Domini MLXvi. Willielmus Dux Normannorum Angliam bellando superavit, & in ea, quanto tempore vixit, imperavit. Quarto anno ejusdem Principis, Lanfrancus, Cadomensis Abbas, invitante eodem rege, & Papa Alexandro præcipiente, Britanniam venit, & Dorobernensem Ecclesiam re= gendam suscepit, quæ est totius Britanniæ Metro= polis. In illo tempore Godwynus Episcopus Ec= clesiæ beati Martini quæ sita est in suburbio civi= tatis parte orientali, ex hac vita migravit; cui Suc= cessorem Lanfrancus subrogare noluit, dicens quod in una civitate duo Episcopi minime esse de= berent, minus caute considerans quod ille in ci= vitate sedem Episcopalem non habebat. Novus e= nim homo & nec dum consuetudinem patriæ vel dignitatem Doroberniensis Ecclesiæ edoctus, anti= quum antecessorum suorum morem, in hac parte sequi supersedit; ipsum igitur non subrogavit, sed loco Episcopi quandam Clericum suum Archidia= conum ordinavit, quod se fecisse ante mortem suam vehementer indoluit. Archidiaconus ergo constitutus curam super Clericos Archiepiscopi intendebat, & Prior Ecclesiæ Christi illis qui ad Monachos pertinebant in choro, sive aliis in locis diversis, præstabat. Sed post Monachos, locum stationis digniorem tenebat, unde cum in Capella Archiepiscopi pro Monachis staret, & Archiepis= copo nonnullis inde verbum fieret, Clericos in= quit debet erudire eisque præstare, sed Monachis obedire, atque subesse, minister enim eorum est. Synodos ipse & Prior Ecclesiæ tenebant concordi sermocinatione, nisi dispari veneratione. Cum ergo Lanfrancus suæ Ecclesiæ terras a principibus esse direptas sensisset, magno cum labore eas at= trahere operam dabat: Abbatiam quoque beati Augustini, antecessorum suorum Doroberniæ pon= tificum more, in suo dominio tenere, cui & Ab= batem providere & etiam virgam pastoralem vo= lebat præbere. Sed Rex novus id abnuit, dicens se solum omnes in regno suo baculos pastorales velle tenere, nec potestatem hanc cuiquam con= cedere. Ea inquit quæ ad Abbatis, ejusque Mo= nachorum christianitatem attinet exerce, neque in hiis quæ ad exteriora pertinent Abbatem servire permitte. Lanfrancus igitur, ne majora suæ Ecclesiæ negotia præpedirentur, ad tempus desistere cœptis utile judicavit. Multa enim per regis gratiam acquisivit, multa fecit, & regias vices in Regni negotiis opportune exercuit.

Ex Textu Roffensi ad Ecclesiam Roffensem spectante A. D. 1640	ANNO ab incarnatione Domini sexcentesimo; Rex Æthelbertus fundavit Ecclesiam S. Andreæ Apostoli Rofi, & dedit ei, Preste= feld, & omnem terram quæ est a Meduuae usque ad orientalem portam civitatis in australi parte, & alias terras ex= tra murum civitatis versus partem aquilonalem.	
A. D. 738.	Anno ab incarnatione domini septingentesimo tricesimo octavo, Eadbertus Rex Cantiæ dedit Ecclesiæ sancti Andreæ, Stokes.	
764.	Anno ab incarnatione Domini septingentesimo sexagesimo quarto, Offa Rex Merciorum & Si= geredus Rex Cantiæ dederunt Frendesberiam, Eselingeham, & Wicham. Item rex Offa & Ecbertus dederunt Bromheie. Item rex Offa de= dit Trotteslive. Kenulfus Rex Merciorum de= dit Borchstalle.	
838.	Anno ab incarnatione Domini, octingentesimo tricesimo octavo Ecbertus Rex West-Saxonum, & Cantuariorum dedit Ecclesiæ S. Andreæ, magnas libertates & ista Maneria Hallinges & Snodi= lande. Æthelwlfus Rex, filius Egberti regis, de= dit Cuckelestane & Holenberghe. Eadmun= dus Rex Anglorum dedit Malinges. Quidem præpotens cognomine Brichricus, cum uxore sua Elfswitha dederunt Danitune & Langefeld, Falchenham & Clarente, quod Manerium quomodo ad archiepiscopatum pervenerit igno= ratur. Eadgarus Rex Anglorum dedit Brom= lega. Æthelredus Rex Anglorum dedit Wlde= ham & Littlebroc, Stantune & Hiltune, scili= cet xv. mansas terrarum. Willielmus primus rex Anglorum, reddidit has terras Roffensi Ecclesiæ a principibus injuste ablatas, Stokes videlicet, & Denintuna & Falcheham. Præterea inter cætera magna bona quæ eidem Ecclesiæ, in vita sua, fecit imminentे articulo mortis suæ, cen= tum libras ei dedit, & tunicam propriam regalem, & cornu eburneum & alia plura ornamenta.	r. Elfswitha r. Darente
	Willielmus Rex, filius ejus, dedit Lamtheam & Aedenham, ad victimum Monachorum, qui quidem concessit libertates quas Ecclesia Roffensis hucusque obtinuit, & sua Carta confirmavit om= nium prædictorum dona.	r. Lametham r. Hedenham
	Nobilissimus Rex Henricus multa bona contu= lit, scilicet Ecclesias de Boxle, de Eillesford, de Kenteford, Suttune, cum capellis de Wil= muntune, & de Kingesdune. Item Ecclesias de Chiselherste, & de Wlewich. Item deci= mas de Strodes, & de Chealkes, & alia multa.	
Ibid. fol. 19. a.	Incipiunt privilegia Ecclesiæ sancti Andreæ Hro= fensis concessa, a tempore Æthelberti Regis, qui fide Christiana a beato Augustino suscepta, ean= dem Ecclesiam construi fecit.	
	Regnante in perpetuum domino nostro Jesu Christo Salvatore, mense Aprili, sub die iiii. kl. Maias, inductione vii. Ego Æthelberhtus Rex, filio meo Eadbaldo admonitionem Catho=	

licæ fidei optabilem. Nobis est apertum semper inquirere qualiter per loca Sanctorum pro animæ remedio vel stabilitate salutis nostræ aliquid de portione terræ nostræ in subsidiis servorum Dei devotissimam voluntatem debeamus offerre. Ideo que tibi sancte Andrea, tuæque Ecclesiæ quæ est constituta in civitate Hrofi bre ubi præesse videtur Justus Episcopus, trado aliquantulum teluris mei.

r. aptum

r. Hrofibrevi

Hic est terminus mei doni, fram suðgeate west 7 langes wealles oð norð þanan to stræte, 7 swa east fram stræte oð doding-hyrnan ongean bradgeat. Si quis vero augere voluerit hanc ipsam donationem; augeat illi dominus dies bonos; Et si præsumserit minuere, aut contradicere, in conspectu Dei sit damnatus & Sanctorum ejus, hic, & in æterna secula, nisi emendaverit ante ejus transitum, quod unquam gessit contra Christianitatem nostram. Hoc cum consilio Laurencii Episcopi, & omnium Principum meorum Signo sanctæ Crucis confirmavi, eosque jussi ut mecum id facerent, Amen.

Ibid. fol. 19. b. *De Stokes, quæ antiquitus vocabatur Andsco= hesham.*

In nomine domini Dei nostri Jhesu Christi. Ego Eadberht Rex Cantuariorum, donavi ali quam partem terræ, pro remedio animæ meæ, atque indulgentia delictorum meorum Episcopatu beati Andreæ Apostoli, ac venerabili viro Ealdulfo ejus Ecclesiæ antistiti in regione quæ vocatur Hohg, in loco qui dictur Andscohesham, id est, ..... aratrorum iuxta aestimationem provinciæ e= jusedem. Hujus vero terræ possessionem ita prædicto Episcopo largitus sum, cum omnibus ad eam pertinentibus, id est, campis, silvis, pratis, piscariis, sal-silagine, atque omnibus utensilibus ejus, juxta notos terminos constitutos. Hoc quoque præcipimus, ut nullus præsumat, propinquorum eorum, vel Successorum eorum hanc donati= onem meam minuere vel infringere quoquomodo. Si quis vero, quod non credimus, contra præceptum meum huic donationi meæ malevolo animo contrarie temptaverit, sciat se in die judicii rationem Deo redditurum, manentem tamen hanc cartu= lam nichilominus in sua firmitate. Si quis vero magis defendere augere voluerit, addat Deus bona ejus in terra viventium. Hanc quoque donationem meam, Ego Eadberht Rex Cantuariorum propria manu confirmavi, & signum sanctæ crucis infixi, testes quoque idoneos Comites meos confirmari & subscribere feci. Ego Vilbaldus, Comites meos confirmari & scribere feci. Ego Dim= heac Comites meos confirmari & scribere feci. Ego Hosberht Comites meos confirmari & scribere feci. Ego Nothbalth Comites meos confirmari & scribere feci. Ego Banta Comites meos con= firmari & scribere feci. Ego Ruta Comites meos confirmari & scribere feci. Ego Tidbalth Co= mites meos confirmari & scribere feci.

Ibid. fol. 122. a. In nomine Domini nostri Jhesu Christi. Om=

nem hominem qui secundum Deum vivit &  
remunerari a Deo sperat & optat, oportet ut piis  
precibus assensum hilariter, ex animo, præbeat.

28a

Quoniam certum est tanto facilius ea quæ quisque  
a Deo poposcerit consequi posse, quanto & ipse  
libentius hominibus recte postulata concesserit.  
Quo-circa ego Sigraed Rex Cantiæ tibi venera=  
bili Eardulfo Episcopo, ut diligenter postulasti,  
aliquam particulam terræ juris mei, id est, quasi  
unius & semis jugeri in civitate Hrofi ad augmen=  
tum Monasterii tui æternaliter possidendam con=  
cedo ac describo cum omnibus scilicet ad eam  
pertinentibus rebus. Hæc autem terrula ab aqui=  
lonali porta Monasterii cui jacet & pertingit usque  
ad septentrionalem murum præfatæ civitatis  
intra terras, videlicet, quas antea ab oriente & oc=  
cidente possedisti; & ideo hæc tibi satis accom=  
moda quia in medio jacebat. Squis autem con=  
tra hanc donationem meam aliquando venire in=  
vido malivoloque animo temptaverit, sit in præ=  
senti separatus a communione S. Ecclesiæ Christi,  
& in futuro a societate sanctorum omnium se=  
gregatus. Manentem hanc kartulam in sua sem=  
per firmitate, signo dominicæ Crucis roboravi &  
idoneos testes, ut & id ipsum facerent, adhibui.  
Actum inductione decima quinta; anno Domini=  
nicæ incarnationis DCCLXII. Ego Sigraed Rex  
Cantiæ hanc donationem meam signo sanctæ cru=  
cis roboravi +

762.

Ego Eadberht Rex Cantiæ consentiens propria  
manu confirmavi + Ego Bregouvine Archie=  
piscopus consensi & subscripsi +

Ego Aldhuun Abbas subscripsi +  
Signum manus Suvithuun +  
Signum manus Aethilhuun +  
Signum manus Esui +  
Signum manus Egbaldi +  
Signum manus Vvighaad +  
Signum manus Bunan +  
Signum manus Heabeorhtri +  
Signum manus Tiideath +

*De Æslingheam sive Freondeberiam.*

+ Regnante imperpetuum Domino nostro  
Jhesu Christo ac cuncta mundi jura justo  
moderamine regenti. Ego Offa Rex Merciorum  
Regali pro-sapia Merciorum oriundus, atque om=  
nipotentis Dei dispensatione, ejusdem constitutus  
in Regem, considerans & recolens quod vas ele=  
ctionis veracissimis innotuit verbis quod istis tem=  
poribus instarent tempora periculosa: Iccirco  
unusquisque de semetipso plenius poterit agno=  
scere, quod quanto quis in hoc terreno habbita=  
culo longiorem protraxerit vitam, tanto vera=  
ciora esse omnia quæ olim antiqui vates implenda  
esse prædixerunt. Iccirco necessarium Duxi ut  
pro intercessionibus plurimorum, pro venia de=  
lictorum, & requie perpetua adipiscenda animæ  
meæ, aliquid ex his quæ mihi largitor bonorum  
omnium Christus Dominus donare dignatus est,  
id est, terram aratrorum viginti in loco cuius voca=

bulum est Aeslingaham, quæ etiam jacet ad occidentalem partem fluminis Meduuveian, continua ipso fluvio, cum universis terminis suis ad eam rite competentibus, cum campis, silvis, pratis, paucis, paludibus, & aquis, sicut olim habuerunt Comites & Principes regum Cantiae & cum omnib[us] tributo, quod Regibus jure competit, tibi venerabili Earduulfo sanctæ Hrofensis ecclesiæ Episcopu[m].

28b

copo libenter imperpetuum perdono, & hoc cum consensu & licentia Archiepiscopi nostri Bregouini atque Heaberhti Regis Cantiae & Principum nostrorum, ut possedendi vel vendendi, vel etiam tradendi cuicunque voluerit liberam per omnia habeat potestatem; Et quia pro ipsis terræ recompensatione aliquam partem pecuniae nobis fidelter, libenter optulit, ad promerendam, non solum specialiter, michi a domino pietatem, scilicet indulgentiam delictorum totius gentis nostræ, humiliter dominicam exorantes clemenciam ut liberet nos a malignis spiritibus, & importunitatis, & malis hominibus. Terminos vero hujus terræ ideo latius non scribimus, quia undique ab incolis absque ullo dubitationis scrupulo certi sunt. Quicunque vero sequentium regum aut principum, aut aliquis seculari fretus potestate, haec nostræ definitonis scripta irrita facere, quod absit, visus fuerit, sciat se in presenti vita domini benedictione esse privatum, & in novissima maledictione subjacere ut a consortio sit separatus sanctorum, & cum impiis & peccatoribus flammis ultricibus esse damnandum, excepto si digna satisfactione emendare curaverint, quod iniqua temeritate depraverint.

Manente hac Cartula in sua nihilominus firmitate, quam propria manu sacro signaculo roboravi, & testes ut subscriberent rogavi quorum infra nomina ascripta tenentur. Scripta est autem haec cartula in civitate Doroverni. Anno Dominicæ incarnationis DCCLXIII. indictione 11. Ego Offa Rex Merciorum suprascriptam donationem, atque emptionem, signo sanctæ crucis roboravi +. Ego Bragouinus Archiepiscopus, juxta petitio[n]em clementissimi Regis prædicti concensi & scripsi +. Ego Hearberhtus Rex consensi & subscripsi. Coherent vero huic terræ in communi saltu Denberi III. Holanspic, & Lindhrycg, & wædanhrigc. + Ego Botuvini humilis Abbas consensi & subscripsi. + Signum manus Esne. + Signum manus Vhtredi. + Signum manus Broerda. + Signum manus Eadbaldi. + Signum manus Berthtuvaldi. + Signum manus Bobba. + Signum manus Cec. + Signum manus huuithyse. + Signum manus Esne fratris ejus. + Signum manus Badoheardi. + Signum manus Egbaldi. + Signum manus Suithuni. + Signum manus Eangesli.

*Item de Aeslingeham.*

In nomine Domini Dei salvatoris nostri Iesu Christi. Quamvis parva & exigua sint quæ pro amissis offerimus, tamen pius omnipotens Deus non quantitatatem muneric sed devotionem offe-

rencium semper inquirit. Qua de re Ego Sigeredus Rex, dimidiæ partis provinciæ Cantuariorum, tam pro animæ meæ, remedio, quam pro amore omnipotentis Dei, terram aratorum vi= ginti quæ appellatur Eslingaham tibi reverentissimo Episcopo Eardulfo sanctæ Hrofensis ecclesiæ, cum universis ad se pertinentibus, campus, silvis, pratis, pascuis, paludibus & aquis, & cum omni tributo quod Regibus inde dabatur in potestatem, cum consilio & consensu principum meorum libenter in perpetuum perdono, ut possidendi vel habendi sive vendendi vel etiam tradendi cuicunque voluerit liberam per omnia habeat po-

29a

Seisina  
per cespitem.

testatem. Sane quia cavendum est ne hodiernam donationem nostram futuri temporis abnegare valeat, & in ambiguum devocare præsumptio placuit mihi hanc paginam condere, & una cum cespite terræ prædictæ tradere tibi per quam non solum omnibus meis successoribus, Regum sive Principum, sed etiam michi ipsi penitus interdico ne aliter quam nunc a me constitutum est, ullo tempore de eadem terra quipiam agere audeant. Quod si qui forte observare neglexerint, & absque digna satisfactione, præsentis vitæ impleverint infælices dies, audiant vocem æterni Iudicis sub fine mundi dicentis ad impios, 'discedite a me maledicti in ignem æternum qui præparatus est Diabolo & Angelis ejus.' Qui vero curaverint custodire, nichilque irrogarint adversi, audiant vocem clementissimi arbitri inquietes adpios. 'Venite benedicti patris mei percipite Regnum quod vobis paratum est ab origine mundi.'

Adjectis iv. Danberis in communi saltu, hoc est, þealdse, testra, billincden. cealbyras. meosden rindigsel. + Ego Sigeredus Rex hanc donationem a me factam signo S. Crucis propria manu scribendo firmavi coram Bregouvino Archiepiscopo. + Ego Bregouvinus Archiep. ad petitionem donatoris prædicti consensi & subscripsi. + Signum manus Hereberhti Abbatis. + Signum manus Baere Abbatis. + Signum manus Bruno Abbatis. + Signum manus Æsuvvaldi presbiteri. + Signum manus Ecgbaldi Comitis, atque præfecti. + Signum manus Ealdhunu. + Signum manus Esne. + Signum manus Badohardi. + Signum manus Æthelnodi.

Henricus gratia Dei Rex Anglorum Archiep. Episcopis, Abbatibus, Comitibus, cæterisque omnibus baronibus suis Francigenis & Anglis totius Regni Anglorum salutem. Notum vobis omnibus esse volo, quod omnes donationes & concessiones omnium maneriorum & omnium terrarum & omnium Ecclesiarum cum omnibus redditibus, & reddituinibus suis & omnium decimarum quæ haec tenus concessæ & donatae sunt Ecclesiæ sancti Andreæ Apostoli quæ sita est in civitate Rovcestra, a quibuscumque, sive Regibus sive Archiepisc. vel Episc. seu Comitibus seu aliis quibuslibet hujus Regni nobilibus concessæ sint aut donatae,

Ego Henricus Dei gratia Rex Anglorum, potestate Regiae dignitatis michi a Deo collata, omnimodo firmas & in perpetuum stabiles esse concedo. Et eas nominatim quas Gundulfus illius ecclesiæ Episcopus, ut ad usum monachorum illorum qui in eadem ecclesia Domino, Christo & prædicto Apostolo devote famulantur permaneant, ordinavit, Ego eidem ecclesiæ & eisdem monachis, jure æternæ hæreditatis habendas & libere atque quiete, confirmo possidendas. Et sicut ipse prænominatus Episcopus qui ecclesiam illam fundavit & monachos illos illic congregavit & ipsa maneria & terras quas in suo Dominico habebat ipsis monachis a suo proprio victu discrevit, & discretas jam dedit, videlicet Vldeham, cum omnibus appendiciis suis; Frandesberiham, cum omnibus appendiciis suis, Stoches, cum omnibus appendiciis suis; Suthfletam, cum omnibus appendiciis suis; Danitunam, cum omnibus ap-

29b

pendiciis suis; Lamhetham, cum omnibus appendiciis suis; Hedenham, cum Manerio quod appendet, Cudintuna nomine, & cum omnibus quadraginta hidis terræ quæ appendent, & omnes alias minutæ terras, & omnes redditus omnium terrarum ubicunque sint, quas suo tempore acquisivit & illis dedit; cum Soca & Saca, & Tolne, & Teame, & omnibus aliis consuetudinibus, & rectitudinibus & libertatibus, quas ipsem et unquam melius habuit in terris in aquis, & in silvis, & in viis, & in omnibus locis; Ita firmiter & stabiliter in omnibus, omnia ista Monachis illis concedo & confirmo. Et hanc confirmationem meam, pro anima patris mei & matris meæ, & pro anima mea & uxoris meæ, & omnium parentum meorum stabilio, & stabilitate Signi sanctæ Crucis Domini nostri Jesu Christi propria manu mea, & Sigillo meo consigno.

Stone.

Willielmus Rex Anglorum, Walterio Vicecomiti & omnibus Baronibus suis, Francigenis & Anglis de Comitatu de Glocestre salutem. Sciat, me dedisse Ecclesiæ S. Andreæ de Rovecestra & Episcopo Gundulfo, Manerium Estonia, quod fuit Godæ Comitis, & quicquid ad illud pertinet, ita solidum & liberum & quietum, sicut ipsa Comitissa habuit illud unquam melius, & sicut Ego ipse etiam illud habui in meo dominio, cum omnibus consuetudinibus, quæ Anglice nominatur Soca & Saca, Toln & Team & Infangenetheof. Et hoc facio pro anima Patris mei, & matris meæ, & pro anima mea. Testimonio Walcelini Episcopi Wintoniensis, & Roberti Episcopi Lincolniensis, & Willielmi Cancellarii, & Ranulfi Capellani, & Eudonis Dapiferi, & Rogerii Bigot, & Hugonis de Evermu.

*De Ecclesia de Tarenteford.*

Willielmus Dei Gratia Rex Anglorum, fidelibus suis Francigenis & Anglis salutem. Sciatis me concessisse eam donationem quam Haimo Dapifer meus fecit Ecclesiæ sancti Andreæ

Roffensis civitatis, de Ecclesia quæ est in Tarenteford Manerio meo; Et filii ipsius Haimonis Rodbertus & Haimo, me presente, concesserunt ean= dem patris sui donationem. Testes Rodbertus Comes Mellent, Rodbertus Comes de Moritolio, & alii multi.

*De Waletuna.*

Willielmus Rex Anglorum, Episcopo de Suth= folca & vice-Comiti & alis Baronibus suis Francigenis & Anglis salutem. Sciatis me concessisse & confirmasse donum Rogerii Bigot quod dedit Ecclesiæ sanctæ Andreæ Rovecestra, scilicet, Ecclesiam sanctæ Felicis de Waletuna, cum decimis & omnibus aliis rebus, quæ ad illam pertinent. Testimonio Eudonis Dapiferi apud Wintoniam.

*De Rethravelda.*

Willielmus Rex Anglorum Episcopo de Suthsexa & vice-comiti & cæteris Ba= ronibus suis, Francigenis & Anglis salutem. Sciatis  
30a

me concessisse & confirmasse donum Gisleberti de Tonebrige, quod dedit Ecclesiæ, sancti Andreæ Rovecestræ. Scilicet, Ecclesiam de Rathravelda & quicquid ad illam pertinet, sive in decimis sive in venationibus, vel in aliis quibuslibet rebus. Testimonio Rogeri Bigot, & Haimonis vice-comitis apud Wentoniam.

Henricus Rex Anglorum Anselmo Archiepis= copo & Haimoni Dapifero & omnibus Baro= nibus suis Francigenis, & Anglis de Cænt. salutem. Sci= atis me dedisse Ecclesiæ S. Andreæ & Episc. Gundulfo de Rovecestra Ecclesiam de Eilesforda cum terra, & decima, & omnibus aliis rebus quæ ad illam pertinent, similiter Ecclesiam de Suthtuna, cum tota decima in annonा, & bestiis & pasnagio, & molendinis, & in omnibus aliis rebus. Et Eccle= clesiam de Wleuvic, cum tota decima, & dimi= diam decimam meam de Tarenteforda in annonा tantum; & totam decimam meam de Estrotes, & totam decimam meam Cealees. Et hoc facio pro anima patris mei & matris meæ: Et pro ani= ma mea & uxoris meæ T. Eudone Dap. & Hai= mone Dap. apud Rovecestram.

*Item de eadem.*

Henricus Rex Anglorum, Anselmo Archie= piscopo, & Haimoni Dapifero & omnibus Baronibus Francis & Anglis de Chent salutem. Sciatis me dedisse S. Andreæ de Rovecestra & Gundulfo Episcopo, & monachis ejusdem loci Ec= clesias de Tarenteford, & de Ailesfort, & om= nes Ecclesias ipsis Ecclesiis subjacentes; & om= nes decimas villarum illarum in quibus sunt præ= dictæ Ecclesiæ, in annonा, in pasnagio, in pecunia, & in omnibus aliis rebus, sicut sanctus Augusti= nus melius habuit in tempore patris mei, Eccle= siam de Mideltona, cum decimis ejusdem villæ. Et decimam balenarum, quæ captæ fuerint in E=

piscopatu Rofensi. Similiter concedo prædicto sancto, & volo & firmiter præcipio, ut prædictus sanctus, & Episcopus, & monachi, ipsas Ecclesias, cum decimis sicut prædixi, teneant firmiter, & perhenniter, ita quod a nullo eis fiat inde injuria T. Roberto Episcopo Lincolie, & Willielmo Giffardo Cancell. & Eud. Dap. & Haimon. Dapif. & Will. de Albineio. & Willielmo Peurel de Doura. apud Rovecestram. In festo S. Gregorii.

Henricus Rex Anglorum Haimoni Dapifero & Hug. de Bochlaund salutem. Prohibeo ne pis= catores pescant in Tamisia ante piscaturam de Ro= vecesta. Et si ulterius inveniuntur pescantes, sint mihi forisfacti. T. Wald. Canc. apud West= moster.

*De little Wroteham.*

Henricus Rex Anglorum Anselmo Archie= pisco & Haimoni vice-comiti & omnibus Baronibus suis Francigenis & Anglis de Chent salutem. Sciatis me concessisse donum illud quod Gausfridus Talebot dedit Ecclesiæ S. Andreæ & Episcopo Gundulfo de Rovecestra pro anima sua, scilicet, medietatem parvi Wroteham. T. An=

30b

selmo Archiepiscopo & Roberto Episcopo Lin= colie, & Roberto Comite de Mellent, & Roberto filio Haimonis.

*De Elham.*

+ EGO Willielmus de Albeineio Pincerna Regis, concedo Deo & sancto Andreæ de Rovecestria, & Monachis ejusdem loci, totam me= am decimam de villa mea, quæ vocatur Elham, in omnibus rebus, scilicet de bleio, & de pasnagio, & de molendinis, & de pecudibus, & de lana, & de ca= seis & unam carucatam de terra in Achestede, & u= num boscum quod vocatur Achoalte, quæ duo ja= cent in Elham, & medietatem decimæ de Biseu= vitune, in omnibus rebus, pro anima Domini mei Willielmi Regis, & Henrici Regis, atque pro ani= ma mea, & patris mei, & matris meæ, & uxoris meæ, & fratri mei Nigelli, & nepotis mei Hun= fridi, & aliorum parentum meorum vivorum at= que mortuorum. Testibus militibus meis, Nigel= lo del Wast, Ausfrido Capellano, Radulfo de Chie= resburgh, Ricardo Caneleu, Ansgoto Camerario, Roger de Ælham, Radulfo Clerico Episcopi Gun= dulfi, & Ansfredo Dapifero ejus.

*Item de Elham.*

Henricus Rex Anglorum Anselmo Archie= pisco, Haimoni Dapifero & omnibus Ba= ronibus suis & fidelibus de Chent salutem. Sciatis me concessisse Ecclesiæ de Rovecestra & S. An= dreæ terras illas & decimas et boscum quod Wil= lielmus de Albini dedit eis, Et volo ut honorifice teneant, scilicet decimam de Elham de dominio suo, et terram i. Carrucam, et boscum quod Ro= bertus filius Watsonis tenuit de Willielmo prædicto, et medietatem decimæ de Bisintona de Dominio

suo. T. Rogero Episc. et Canc. apud Wint.

Ricardus filius Malgerii de Rokesle, cum uxore et filio acceperunt societatem monachorum Ecclesiæ S. Andreæ, et ideo illis concesserunt omnem decimam suam de Totintuna, terra sua æternaliter in omnibus rebus.

Edric de Hescendena cum uxore et duobus filiis acceperunt societatem nostram, eo pacto, ut quando obierint faciemus servitium pro eis sicuti pro fratribus, et habebimus decimas æternaliter de terris illorum quas habent in Borcstealla et in Freandesberia, in annona tantum.

Ego Rodbertus Henrici Regis filius, concedo Ecclesiæ et monachis Rouvecestrae pro meæ animæ, et Roberti Hamonis filii animæ salute, terram illam & consuetudines, ac quietudines quas idem Robertus filius Haimonis eis apud Merlavam in eleemosina dedit, et concessit; et volo ac præcipio quod eas ita libere, et quiete teneant, sicut eas tempore prædictorum Roberti liberius quiecius et melius tenuerunt. Test. Gisleberto Dapifero.

*De Dudecote.*

Gundulfus Roffensis Episcopus Rodberto Lincolnensi Episcopo & Goisfrido vice-comiti, &

31a

omnibus fidelibus Regis Francigenis & Anglis de Comitatu de Bukeingham salutem. Sciatis quod Gislebertus noster Clericus de Hedenham, concessit Ecclesiæ Roffensi S. Andreæ tres hidæ terræ, quas habuit in suo dominico in Hedenham, ea conventione, quod quando ipse voluerit, fiet ibi monachus. Et hoc idem concessit & confirmavit Radulfus filius suus ex toto. Et ego concessi eidem Radulfo Ecclesiam de Hedenham cum una hida & dimidia terræ & duobus pratis, Coiea, & Cetemora & concessi ei pasturam decem boum, & omnes consuetudines quæ ad eandem Ecclesiam pertinent, insuper quicquid Gislebertus tenuit in Hedenham, exceptis illis tribus supradictis hidis terræ. Et de ipsa Ecclesia non faciet ullum servitium nisi quod ad Ecclesiam pertinet tantum.

*De Eastuna.*

Postea vero non multo tempore contigit ipsum Gislebertum mutasse habitum & vitam secularem in vitam & habitum monachi apud Rocestram. Iisdem diebus remansit manerium Estuna quod situm est in Comitatu de Glœcestera, in manu præfati Radulfi filii Gisleberti & Osmundi generis Gisleberti, qui ambo Regis exactionibus tantum fuerunt gravati, ut vix amplius hoc possent pati. Erant enim illis diebus consuetudines Regis gravissimæ, atque durissimæ per totum Regnum Angliæ. Itaque venientes pariter uterque ad Dominum Episc. Gundulfum, rogaverunt illum, quatinus, propter Deum & honorem suum, manerium ipsum a Rege requereret: quod si obtinere posset, de illo ulterius manerium ip-

sum tenerent. Quo auditio Episc. quamctius potuit, Regem impigre adiit; amicorum itaque apud Regem usus auxilio, tandem obtinuit quod petiit; dedit ergo Episcopus Willielmo Regi, magni Regis Will. filio, xv. libras denariorum & unam mulam quæ bene valebat centum solidos. Isto tali ordine obtinuit Gundulfus Episc. prædictum manerium Estunam, quod postquam ita factum est, statim Radulfus & Osmundus devenerunt homines Episcopi, & ita tenuerunt ipsum manerium de Episcopo; Veruntamen non multo tempore post, iterum pariter requisiverunt Episcopum, regantes illum, ut propter Deum illas quatuor hidias terræ de Estuna, cambiret illis pro duabus hidis terræ infra Hedenham. Non enim ulla= tenus pati poterant amplius, & malas consuetudines prædicti Comitatus, & viam longinquam ab Hedenham & laborem magnum quem prop= terea sæpissime sustinebant; accepto ergo consilio, Episcopus fecit illis partim juxta peticio= nem eorum, sed non in omnibus; dedit namque Radulfo unam hidam terræ, Osmundo vero non nisi dimidiā; debebat enim Osmundus Episcopo quinquaginta solidos denariorum pro multis placi= tis quæ super eum Episcopum habuerat, & quia Episc. clamavit Osmundum quietum de ipsis quin= quaginta solidis, & querelis multis, ideo, e contra, non recepit ab Episc. nisi dimidiā hidam terræ. Et isto modo habuit ipse Episc. ipsum prædictum manerium, ita liberum & quietum ab omni calumnia sicut Goda Comitissa illud habuit unquam melius in suo dominico tempore Regis

31b

Eduvardi. Dum hoc ita fuit, præcepit Episc. Domino Willielmo monacho Rofensi præposito de Hedenham curam accipere ejusdem manerii, & monachis Ecclesiæ sancti Andreæ singulis annis firmam octo dierum inde reddere. Et quidem juste, quoniam terræ illæ, quæ datæ fuerunt pro ipsis manerii ambitione, fuerant primum de Hedenham, quod penitus erat, & est, ad victimum ipsorum monachorum.

.....

83b

THANETENSE  
Cœnobium sanctæ Mildredæ  
in agro Cantiano.

*Historia fundationis.*

Ex MS.  
codice, au= thore Wil= lielmo Thorne, in  
bibl. Cot= toniana.

Anno domini 1262. decimo kalendas Martii, positum est corpus S. Mildredæ virginis in feretro in quo nunc jacet. Sed ut apertius hoc valeam referre, ordinem nativitatis & vitæ progressum breviter demonstrabo. Mildreda virgo ab utroque paren-

84a

te regalem sanctamque traxit originem: nam pa=

trem habuit Merwaldum, Pendæ, Merciorum regis filium, cuius Pendæ frater Wulferus, rex Merciorum, ad fidem Christi quam expulso Mellito abjecerant, Orientales-Saxones revocavit. Hujus Wulfheri filia sancta Wereburga fuit. Matrem vero habuit Mildreda Domnevam, de stirpe regum Cantuariae, filiam scilicet Ermenredi, qui fuit filius Eadbald, qui Eadbaldus fuit filius Ethelberti primi regum Angliæ Christiani. Hujus Mildredæ mater Domneva, relictis postea pomis regalibus, elegit Christo perpetuo deservire; quod contigit isto modo. Ermenredus pater Domnevæ duos habebat filios, scilicet Ethelredum & Ethelbertum, quas fratri suo Ercomberto, filio Eadbald, tradidit nutriendos, ut cum adulti essent, iisdem hæreditatem suam resignaret. Erat tum quidam regis Egberti (qui filius erat Ercomberti) praefectus, nomine Thymur /\*, qui prædictos parvulos in villa de Eastri clam fecit occidi. Beati autem Theodorus & Adrianus regem super hoc scelere arguentes, ad hoc eum excitaverunt, ut vocata ad se Domneva Merciorum regina, & prædictorum Christi martyrum germana, eidem pro ipsorum jure satisfaceret. Quæ veniens recepit terram in Thaneto, scilicet terram 48. aratrorum, quod terræ spaciun cerva sua unico currebat cursu. Ipsa vero Domneva cum regis adjutorio construxit ibidem cœnobium virginale, & filiam suam Mildredam, Merwaldi, Merciorum regis filiam, de partibus transmarinis (monasterio videlicet Calensi prope Parisios) revocavit, & eidem cœnobia a sancto Theodoro abbatissam consecravit, ubi septuaginta virginibus, quas sua mater congregaverat, præsidebat. Vixit autem cum sororibus suis usque ad terminum vitæ suæ. Qua mortua, & cum matre sua Domneva in eodem monasterio sepulta, successit Eadburga. Ista Eadburga corpus sanctæ Mildredæ transtulit in novam ecclesiam ab ipsa fabricatam, & ab Episcopo Cuthberto in honorem principum apostolorum dedicatam. Cui Eadburgæ sub annum domini 751. successit Sigebertha, & a prædicto Cuthberto benedicta. Hujus tempore piratæ Danorum ipsum Mildredæ monasterium fere singulis annis devastabant. Cui successit Siledritha, per regem Cœnredum ab Athelardo archiepiscopo, qui sedit anno 753. consecrata, quæ statum sui monasterii tam in possessionibus quam in numero sororum restituendo quamplurimum elaborabat. Cui etiam plures matres in ipso monasterio successerunt, quarum ultima Leofrina censebatur abbatisa, cuius tempore, scilicet anno 1011. Suanus cum Danis & Gentilibus, non jam ad prædandum sed ad subdendam totam Angliam venientes, ipsum primo Thanetum, nulli sexui vel ordini parentes, devastabant, & dictum ipsum cœnobium cum suis virginibus funditus concremarunt; a quo tamen incendio mira Dei operatione Mildredæ monumentum permansit illæsum. Extunc autem nullæ ibidem virgines permanserunt, sed reædificato loco, facta est ecclesia duorum vel trium clericorum plebeiæ parochiæ, donec regnante Cnuto, prædicti Suani filio, prædictum virginale mona-

/\* Al. Thu=  
nur.

sterium cum tota sua substantia monasterio S.  
Augustini esset incorporatum. Dilata est tum per  
regem virginis transferendæ licentia, donec rex

84b

Romam peregre proficisciens hoc permittendum  
super tumbam S. Augustini solemniter juraverit,  
si prospere remearet. Qui rediens, in medio ma=ri  
B. Augustino visibiliter sibi in forma episcopi  
apparente, a naufragio liberatus, votum gratissi=me adimplevit. Abbas autem, habita licentia de  
virgine transferenda sciens insulanorum ferocita=tem, ut cautius celaret conceptum animi propo=situm, convocat eosdem insulanos die festo Pen=tecostes ad celebre convivium, ubi beata virgo qui=escebat, ut, deluso populo, noctu aggredetur  
tumbam virginalem. Sed ipsa durior chalybe  
resistebat, donec facta promissione quod ipsius vir=ginis festum inter festa solenniora annotaretur. Ta=li promisso virgine placata, permollitur durities  
lapidum, & aperitur virginis sepulchrum. Abbas  
vero exhausit quicquid reperire poterat in monu=mento, vix ullum pulvrem reliquiarum insulæ or=batæ relinquent. Vix ad naves pervenerant, & ecce  
tota fere occurrit insula, vi & armis ablatum sibi  
precium repetendo; quorum tamen viribus &  
precibus præevaluerunt orationes monachorum  
devotiores. Necdum a Thaneto exivit ista fama,  
cum jam transito maris brachio tota fere provin=cia, vel, ut verius dicam, tota Cantia obvia virgi=ni venienti processit. Facta est autem hæc tran=slatio anno domini 1030. decimo quinto kalen=das Junii sub Benedicto papa, Henrico imperatore,  
Knuto Angliæ rege, Agelnothro archipræsule, Ael=stano tunc S. Augustini abbate. Condita autem  
est tunc ante principale altare S. Petri, ubi & ha=bebat præminentem tumbam, & altare, super  
quod, juxta votum quod prædictus abbas fecerat  
virgini transferrendæ, missa matutinalis quotidie  
celebratur. Conditum est autem corpus sanctæ  
virginis in loculo plumbeo cum hoc epitaphio de=super posito:

Clauditur hoc saxo Mildreda sacerrima virgo;  
Cujus nos precibus adjuvet ipse Deus.

Annales  
S. Augu=stini Can=tuar. in  
bibliothe=ca Cottoni=ana [sub  
effigie Ju=lli. D. 2.]

Ibid.  
Vide etiam  
Cart. an=tig. 1. n. 10.

Anno Mxxxiii. Hic transtulit abbas Ethelsta=nus sanctam Mildretham de Thaneto ad sanctum Augustinum.

*Charta Cnuti regis, de corporis S. Mildredæ,  
cum tota terra sua, in abbatiam S. Augustini  
Cantuariæ translatione.*

Ego Cnud per Dei misericordiam Basileus, A=gelnoto archiepiscopo, & omnibus episcopis, &  
abbatibus, & comitibus, vice-comitibus, & omni=bus fidelibus totius Angliæ salutem & amicitiam.  
Notum sit vobis omnibus me dedisse sancto Augusti=ño patrono meo corpus sanctæ Mildredæ gloriosæ vir=ginis cum tota terra sua infra insulam Thaneti &  
extra, cum omnibus consuetudinibus ad suam ec=clesiam pertinentibus. Hæc omnia ita libera &  
quieta reddo Deo & abbatì Aelstano & fratribus  
loci, sicut ego unquam melius habui tam in terra

quam in mari & in littore, ut habeant & posside= ant in perpetuum. Et qui hanc donationem meam infringere vel irritam facere temptaverit, a Deo omnipotente & omni sancta ecclesia excommunicatus sit, Amen.

*Charta Edwardi regis, Confessoris dicti, de eod.*

Ibid.  
Conditor cœli terræque Deus, universitate totius  
creaturæ de nihilo perfecta, primum homi=

85a

nem de limo formavit, eumque ad imaginem suam confi= guravit, cui etiam omnium operum suorum domi= nari præcepit, ea videlicet ratione, ut homo ratio= nabilis irrationali uteretur creatura, & ipse Deo serviens obediret, & obediendo creatorem honoraret. Deinde succedente generatione in generationem, tem= pla & ecclesias fieri constituens, de primitiis & de= cimis ac de substantia suæ largitionis eas in nomine suo honorari præcepit. Insuper & per Evangelium nos instruens, ait, 'Thesaurizate vobis thesauros in cœlo.' Quapropter Ego Edwardus, regis regum gratia, rex & Anglorum princeps, post longam exultationem solius miserentis Dei nutu in regnum meum reversus, & in solio patrum meorum resi= dens, ecclesiam quam hortatu B. Augustini rex A= delbright in honorem apostolorum Petri & Pauli a fundamento construxit, diversisque donis ditavit, in qua ipsius regis & omnium episcoporum Cantua= riæ & regum corpora ponи possent, cum omnibus ap= pendiciis vel adjacentiis suis liberam esse annuo & statuo. Quoniam quidem in eadem ecclesia supra= dicta rex conditus jacet, ejusque stirpis progenies Deo dilecta requiescit virgo Mildreda, ego etiam ejusdem regis stemmate ortus, & regno ejus, Deo juvante, potitus, Thanatos insulam trado, quam Egbertus rex jure hæreditario concessit venerabili reginæ Domnevæ, matri scilicet sanctæ Mildredæ, quantum cerva cursu suo lustraverat, pro inte= remptione duorum fratrum ejus Ætheldredi atque Æthelberti, quos jussu ejusdem principis Deo odibi= lis Thimur iniqua stravit morte, quem mox cæle= stis ultio terribiliter subsequuta est, ipsum perimendo. Sed & omnes donationes possessionum vel faculta= tum quas prisco sive moderno tempore prædecessores mei reges eidem ecclesiæ contulerunt, & ego regia potestate contrado, atque firma astipulatione, cum consensu & testimonio episcoporum, ducum, prin= cipum & satellitum meorum, abbatii Ælstano ac monachis ibidem sub regula B. Benedicti abbatis Deo militantibus, ad habenda & perfruenda sibi perpetua libertate constituens attribuo. Si cui vero hæc largitio displicet, vel si quis, quod absit, hanc donationem zelo ductus diaboli, quoquo ingenio in= fringere temptaverit, iram Dei & omnium Sancto= rum maledicta incurrat & subita morte intereat, sicut prædictus Dei inimicus Thymur interiit: per= cutiat eum Deus amentia & cæcitate, ac furore mentis, omniq[ue] tempore calumpniam maledictionis Dei sustineat, nec sit qui eum liberet, nisi pœnitens risipiscat & digna emendatione satisfaciat. Hæc autem traditio regalis in eodem loco servetur incon= vulsa & incontaminata, Deo teste, qui dixit, 'Mi=

hi vindictam, & ego retribuam:’ contradictibus  
vero ad ruinam, & ad condemnationem in die furo=  
ris Domini, cum eis qui dixerunt Domino, ‘recede  
a nobis, scientiam viarum tuarum nolumus,’ &c.

85b

FOLCSTANENSE  
Cœnobium in agro Cantiano.

Joan. Cap= grav. de vit. san= ctor. fo. 97 a.  
Ethelbertus rex Canciæ per san= ctum Augustinum episcopum ad fidem conversus, genuit Edbaldum & Ethelburgam vir= ginem, quam pater suus E= thelbertus dedit Edwino regi Northanhumbrorum in uxorem; sicut inferius in vita ejusdem sancti regis clarius patet. Edbaldus vero ex Emma, regis Franco= rum filia, genuit Ermenredum & Ercombertum, & filiam Eanswidam. Quæ ab infantia pompis secularibus renuncians, Deo servire studuit, pre= ciosa quæque mundi calcavit, & ad vitam regni cœ= lestis tota virtute sanctam amplexata doctrinam jugi desiderio suspiravit, & sanctimonialis vitæ regulam subire deliberavit. Ad cuius observan= tiæ opportunitatem commodum elegit locum a vulgi frequentatione remotum, Folkstan nomi= natum, ubi & pater ejus Edbaldus in honore be= ati Petri apostoli ecclesiam construxit. Ibi ergo ex parte maris quæ remotior dicitur esse ab ipsis ruricolis hujusmodi competentem fundavit eccle= siam cum officinis sibi suisque comitibus professi= oni ejus necessariis, a pleno tamen maris gurgite septem jugerum latitudine, id est viginti octo par= ticarum distantem. Quæ hodie nusquam appa= ret. Terra namque a mari paulatim consumpta post longum seculum corruit, & ripa maris cimiterium hausit. In qua castimoniam virginæ= lem sub regulari habitu dicens die nocteque Dei famulatui dedita ad beatum finem pervenire mer= uit pridie kal. Septembbris. Cujus reliquæ, ruina ipsius ecclesiæ imminentे, in vicinam ecclesiam beati Petri translatæ sunt. (&c.) [Vide plura apud Lambard. Itinerar. Cantii, in Folkstone.]

---

LIMINGENSE  
Cœnobium in agro Cantiano.

Lelandi collectan. vol. 2. p. 154.  
Ex libro de vita S. Werburgæ, autore (ut ar= bitror) Gotcelino.

Werburga in civitate Legecestriæ requiescit.

Ethelbrightus, ex Berta re= gina, filia regis Francorum, Edbaldum cum Ethelburga filia procreavit, quem suæ pie= tatis & regni hæredem reliquit. Ethelburga ve= ro regina, post pii regis Northumbrorum Ead= wini interfectionem, reversa ad Edbaldum fra= trem, in villa Liminga monasterium edificavit, in quo cum S. Eadburga requiescit.

Ex vita Edburga virginis.

Ib. p. 153. Eadburgis beata civitas interpretatur.  
Eadburga novam ecclesiam & monasteri=

86a

um apud Limege in gratiam Mildruthæ con= struxit, in quo & neptis suæ, beatæ videlicet Mil= thrudæ sacratæ virginis, decenter exanimis recon= deret artus.

Olim paganorum infesta sævitia totam firme Cantiam, exigentibus populorum peccatis, depo= pulata est, excepto hujus sanctæ præscriptæ vir= ginis loco, quem Deus sponsæ suæ meritis ab omni furentium infestatione tutavit, quousque omnes Limbiensis ecclesiæ clerici, congregata suorum phalange egressi sunt, ulro se paganis objicientes, viriliterque egisse cupientes, ut postmodum rei probavit eventus. Occurrentes ergo hostibus, valida manu peremerunt ex eis mille ducentos quadraginta, sed & ipsi omnes interempti perie= runt excepto prædicti loci presbitero. [Plura vide apud Lambard. Itinerar. Cantii, in Li= minge.]

---

#### RACULFENSE

Cœnobium in agro Cantiano.

De hujus cœnobii fundatore, & fundationis tem= pore, vide Lambardi Itinerarium Cantii, & Cambdeni Britanniam. Venerandam autem ejus antiquitatem satis ostendunt hæc apud venera= bilem Bedam. Histor. eccles. li. 5. cap. 9.

Successit autem Theodoro in episcopatum [Dorobernen= sem] Berthwald, qui erat abbas in monasterio quon= dam juxta ostium aquilonal= le fluminis Genlade posi= tum, Racuulf nuncupatur.

692. .... Qui electus est quidem in episcopatum anno dominicæ incarnationis sexcentesimo nonagesimo secundo, die primo mensis Julii, regnantibus in Cantia Victredo, & Suebhardo. (&c.)

*Carta Eadredi R. de cœnobia Raculfensi, cum omnibus ad id pertinentibus, ecclesiæ Cantua= riensi concessis & collatis.*

Ex ipso autogra= pho in bib= liotheca Cottoniana

/\* Lege, inhæren= tia.

+ Multis itaque vitiorum prestigiis mentes humanas incensor fraudulenter perju= gulando deludit, nunc inquam promissis quasi prolixioris vitae stadiis decipit, nunc rebus migran= tibus pervicaciter quasi necessarius inicit. Interea etiam stigia inferni supplicia, tamquam levia & transitoria suggerit, quatenus miserorum corda in cupiditate lascivaque enerent /\* dissolvat secumque cabeata ad tartara ducat. Sed sancti viri præsago spiritu bestiales præcognoscen= tes insidias, scuto bonæ voluntatis coronati, quic= quid in semetipsis terrenum sentiunt indesinenter adque naviter operibus sanctis exauriunt, unde dis= coriatis coram Christo Jhesu meritis rutilantes simil= lima Titanei fulgoris luce præsententur. De quo= rum præconio tuba sanctæ Scripturæ rebohans,

inter alia testimonia propensius intelligenda no= stris hæc geminis auribus resultando profudit: ‘Be= ati quorum vestimenta alba sunt in conspectu Domini.’ & alibi: ‘Justi fulgebunt sicut sol in regno patris e=

86b

orum.’ Hujus ergo dominici conspectus & pater in amore regni perfusus, unde nobis victus restat sine dubio certus, de victuque dominus dixit, ‘bea= tus qui manducabit panem in regno Dei.’ Ego Ea= dred rex divina gratia totius Albionis monarchus, & primicerius, Christo regi meo in throno regni perennis perpetualiter subthronizato, & conces= sis mihi ab eodem labilium gazis rerum accepti ti= rocinii, quarto mei terrestris regni anno ad tem= plum suo incomprehensibili dedicatum numini in urbe Doroberniæ, Odone archiepiscopo metropoli= tanam cathedram præsidente, & regni cœlestis super arva Britannica claves præportante, mona= sterium Raculfense bis denis senisque estimatum cassatis, interius, exteriusque cum omnibus ad hoc rebus rite pertinentibus, sive litorum, sive cam= porum, agrorum, saltuumve, sicut inferius terri= toria promulgantur, humillime atque devotissime sincero corde in perpetuum jus, quandiu Christia= nitas vigeat, pro meis abluendis excessibus inde= terminabiliter inpendo. Si quis autem, quod ab= sit, tirannica fretus potestate, regalis, episcopalis, sive homo alicujus dignitatis, hoc decretum a Deo mihi conlatum infringere temptaverit, sive hujusce donationis a præfata ecclesia vel passum pedis segregaverit, nisi prius hoc enorme scelus poeni= tendo deterserit, se sacrilegii culpam incurrisse, & a domino Jhesu Christo in perpetuum sine ul= lo subtractionis refocillatu dampnaturum persen= tiat. Hæc enim Singrapha anno dominicæ incar= nationis DCCCCxlix. orthodoxorum scripta est unanimo consensu, quorum inferius nomina lite= raria qualitate distingui videntur.

949.

+ Ego Eadred rex, divina protegente gratia Albionis summam præsidens, agiæ crucis hanc car= tulam notamine perstrinxi.

Ego Odo archiepiscopus, metropolitano præsi= dens gubernamine, hoc donum regia concessum munificentia signo crucis fixi.

Ego Wulfstan archiepisc. metroplitici honoris fastigio Eboracensi civitate suffultus, huic largi= tati crucem ascripsi.

Ego Ælfheah, episcopus Wintonensis ecclesiæ, hoc donum signo crucis confirmavi.

Ego Ætihelgar, Cridianensis ecclesiæ præsul, hanc largitatem corroboravi.

Ego Ælfric episcopus, hujus donationis con= stipulator, signum crucis depinxi.

Ego Wulfsige episcopus, hujus largiflui muneris donum signo salubri adnotavi.

Ego Theodred episc. prodigam hanc impensio= nem patibuli confirmatu addidi.

Ego Ælfred episcopus, hoc, deo instigante, do= num crucis Christi constipulatu munivi.

Ego Birhtsige episcopus, hujusce donationis corroborationem contuli.

+ Ego Cœnwald episcopus consensum adhibui.

+ Ego Cynesige episcopus unanimitatem præ=  
bui.

- + Ego Wlfhelm episc. promissionem profudi.
- + Ego Eadhelmi abbas devotus in hoc præstiti.
- + Ego Osulf dux consensi & humiliter astiti.
- + Ego Eadmund dux libens consilio aderam.
- + Ego Athelstan dux prompto animo consensi.
- + Ego Eadgifu regis genetrix præfati, animo  
hanc præfatam letabundo in Christo largitionem  
ob optabilem remunerationem concessam signi

87a

corroboratione salutiferi humillime consignavi.

+ Ego Dunstan indignus abbas, rege Eadredo  
imperante, hanc domino meo hæreditariam kar=  
tulam dictitando composui, & propriis digitorum  
articulis perscripsi.

+ His inquam limitibus hæc telluris particula  
circumgirari videtur.

Ærest on norð healfe Æðelferðes lon=  
de, swa forð besande oð Norðmuðan, to  
Mæanbroce, þonne to ærnewege, of ærne=  
wege to Eanflædemuðan, of Eanflædemu=  
þan on Mearc-fleotesmuþan, of Mearc-fle=  
tesmuþan eft on Eanfledmuþan, þonne on  
east healfe to mylenfleotesmuþen oð  
Suðtun, of Suðtun and-lang broces to  
Hæðe mæringe, þonne on Suðhealfe of hæ=  
ðe mæringe to stoccum, of stoccum 7-long  
stræte oð sce Agustines mearce, from  
sce Agustines mearce oð broc, and lang  
broces oð stanbrycge, suð from stan=  
brycge oð wifeling, to Cristes cirican  
gemære, from Cristes cirican gemære oð  
ealden hege, on west healf ealdan hege to  
Feaxum, þonne west from Feaxum to cel=  
dan, to Cingesgemære, from Cingesgemære  
oð gata gehægge, þonne siendan feower  
swuling binnan ea ðæs londes þe ge-byreð  
into Raculfe, on Tenet feower swulung  
ond an læs on waruðe gebyreð innto Ra=  
culfe, þonne is ealles þæs landes xxv. swulung  
7 an swulung on Ceolulfringtune suð be weal=  
da þære cirican to bote.

Hoc est.

Primo, ab aquilone Æthelferthi terra; ita  
prorsum per arenam usque ad Northmutham /a,  
ad [rivulum] Meanbroce [dictum:] inde ad  
priscam viam; a prisca via ad Eanfledæ ostium;  
ab Eanfledæ ostio ad Mearcfleotam /b, a Mearc=  
fleota iterum ad Eanfledæ ostium. Ab oriente  
vero, ad molendinarii fluenti ostium usque ad  
Suthunam /c, a Suthuna per longitudinem rivuli  
ad Hæthemæringam /d. Ab austro vero, ab Hæ=  
themæringa ad stipites, a stipitibus per longitudi=  
nem viæ adusque sancti Augustini limitem; a  
sancti Augustini limite usque ad rivulum; per  
longitudinem rivuli usque ad pontem lapideum,  
austrum [versus:] a ponte lapideo usque ad  
Wifelingam /e, ad ecclesiæ Christi [Cantuariensis]  
limitem; ab ecclesiæ Christi limite usque ad ve=  
terem sepem; ab occidente veteris sepi ad

/a Ostium  
fluminis a=  
quilonare

/b Limita=  
ris fluenti  
ostium.

/c Austra=  
lem vil=  
lam.

/d Portum  
celebrem,  
forte.

/e Curculi=  
onum lo=  
cum, forte.

Feaxum. Tunc occidentem versus a Feaxum ad Celdan, ad regis limitem; a regis limite adusque portæ sepem. Sunt autem quatuor carucatæ terræ intra aquam quæ pertinent ad Raculfe. In Thaneto quatuor carucatæ [terræ] & unum pascuum in littore pertinent ad Raculfe. Sunt autem de tota terra illa xxv. carucatæ, & una carucata in Ceolulfingtuna /f, ex austro saltus, ad ecclesiam reparandam [assignata.]

/f Ceolulfi villa.

.....

152b

SCAPEIENSE

Cœnobium in agro Cantiano.

[De hujus cœnobii fundatione, & fundationis tempore, vide Lambardi Itinerar. Cantii, & Cambdeni Britanniam, qui fundatum asserunt per reginam quandam, Sexburgam nomine, circa annum Domini 710. Vide etiam supra. pag. 88. col. 1. & 2.]

*Charta Henrici regis iii. chartas & donationes monialibus olim concessas, vel in posterum concedendas, confirmans.*

r. monialibus

Pat. 1. H. 4. REX omnibus ad quos &c. Salutem (&c.) Inspeximus car tam quam celebris memorie do minus H. quondam rex Angliae, proavus noster fecit in haec verba. Henricus Dei gratia Rex Angliae dominus Hiberniae, dux Normanniae & Aquitaniæ, & comes Andegaviae, archiepiscopis, episcopis, abbatibus, prioribus, comitibus, baronibus, justiciar. vicecomit. pre=

153a

positis, ministris, & omnibus ballivis & fideibus suis salutem. Sciatis nos concessisse, & hac carta nostra confirmasse, intuitu Dei, & pro salute anime nostre & animarum antecessorum & heredium nostrorum, ecclesiæ sanctæ Mariæ, & sanctæ Sexburgæ de Scapeya, & sanctimonialibus ibidem Deo servientibus, in liberam & perpetuam elemosinam, locum suum in Scapeya & ecclesiam sanctæ Mariæ & sanctæ Sexburgæ, cum omnibus pertinentiis, & ecclesiam de Gillingeham cum capellis & decimis & omnibus pertinentiis, & terras in insula de Gryen quas Willielmus Cantuar. archiepiscopus eis dedit de emptione sua, cum marris & omnibus pertinentiis, & dimidium sulum terre de feodo Ricardi de Lucy ex acquisitione ejusdem Willielmi archiepiscopi per Avelinam matrem prefati Ricardi de Lucy, de Newenthon, & terram de Rypen, in insula de Scapeya, & in insula de Gryen redditus sex librarum quas praedictus archiepiscopus mercatus est de ipsis heredibus; salvis consuetudinibus curiae de Gillingham: & terram de Bradefeld, quam idem archiepiscopus mercatus est ab Aldina & Ordina & heredibus suis. Concedimus etiam eis ecclesiam de Bobbing cum pertinentiis, & terram de Wode, scilicet quadraginta septem acras & tres

/\* Ita MS.

acras & dimidiam de Grave in Pinnegrave, ex dono Willielmi de Ros, & terram de Holte quam Goher tenuit, scilicet triginta & unam acram, & in Godmefeld septem acras, & triginta & duas aeras nemoris in Kyngesdun, quas habent ex dono H. regis avi nostri: & terram quam reperunt cum filiabus Goscel in marisco de Leffledehop. pasturam etiam sexaginta ovium quam Osbertus de Borden dedit eis cum uxore sua & filia; & terram de Estlanda quam Avelina femina Hardini dedit quando sanctimonialis facta est, & in insula de Gryen redditus quindecim solidorum & quatuor denariorum, quos Galfridus de Ros dedit cum filia sua: mariscum qui adjacet novo portui quem Radulfus de Swynesheth dedit cum aliis terris quas parochiani in dotem dederunt quando ecclesia dedicata fuit; dimidiam terram & dimidium mariscum de Sedun. cum sorore Henrici de Hores, terram quam ipse sanctimoniales emerunt de Osberto Rassum & Alditha amita ejus, terram eciam de Milstede quam emerunt de Elrico Gosesune et Edwardo Maynard et aliis heredibus; terram de Borfeld quam Osbertus de Wardun dedit cum filia sua: terram Wynæ, terram Godardi de Cumbes, & septem solidos de Dunton, quos Hugo de Ginges dedit cum Agneta filia sua, et totum essartum quod habuit in Northwod cum pertinentiis, et omnes alias terras & tenementa et homines et possessiones suas, secundum cartas rationabiles vel cirographa donatorum vel venditorum vel excambitorum suorum. Quare volumus et firmiter precipimus, quod prenominate sanctimoniales prefatas ecclesias cum capellis et ceteris pertinentiis et omnes terras et homines et possessiones suas habeant et teneant libere et quiete integre et plenarie in liberam elemosinam, et quecunque alia in futuro pia devotione fidelium vel conventione venditorum illis de cujuscumque feodo fuerint rationabiliter collata, cum omnibus pertinentiis et libertatibus et liberis consuetudinibus, in terris, et in escambiis, et emptionibus terrarum, in mariscis,

153b

in grangiis, et virgultis, in civitatibus, et villis, stagnis, piscariis, in bosco et plano, in pratis et pascuis, in aquis et molendinis, in viis et semitis, et in omnibus aliis locis et rebus cum soca & saca et thol et theam et infangenethel, soluta et libera ab omni seculari servicio, salvis conventionibus erga universos secundum rationabiles cartas vel cirographa sua. Et quieti sint de sectis comitatum, Leth. Hundred. et auxiliis vicecomitum et omnium ministrorum eorum, et de omnibus ad eos pertinentibus. Prohibemus etiam, quod nullus eas aut possessiones aut homines aut res suas vexet vel disturbet contra libertates cartarum suarum super decem librarum forisfactura, sicut carta Ricardi regis avunculi nostri, quam inde habent, rationabiliter testatur. Hiis testibus L. de Segrave justic. Angl. J. comite Linc. et constab. Cestriæ W. comite Albermarl. Phikippo de Albuniaco. Briano de Insula. Petro de Malolaco. Radulfo fil. Nichol. Godefr. de Crancumb. Galfr. Dispenser,

et aliis. Dat. per manum venerab. patris R. Cicestr.  
episcopi Canc. nostri apud Roffam, 7. die Aprilis  
anno regni nostri 18. Nos autem, &c.

Lelandi  
collectan.  
vol. 1. p.  
84.

Shepey-moynstre, monialium Abbatia.

Guilielmus archiepiscopus Cantuar. restituit,  
post conquestum, monasterium longo ante  
tempore a Danis combustum.

.....

352b

MALLINGENSE  
Cœnobium in agro Cantiano.

Ex Textu  
Roffensi  
fol. 143.

*Charta regis Eadmundi.*

IN nomine Dei summi & salva=  
toris nostri Jesu Christi, ipso  
quoque in perpetuo regnante  
disponenteque suaviter omnia.  
Quapropter ego Eadmundus  
rex Anglorum, necnon & Mer=  
ciorum, meo amabili episcopo  
nomine Burhric, concedo aliquantulum mei  
telluris, ubi dicitur, Meallingas, trium vide=  
licet aratrorum, pro remedio animæ meæ in

353a

sempiternam hæreditatem, ad augmentum mona=  
sterii ejus, quod est dedicatum in honore sancti  
Andreas apostoli, qui fuit germanus Petri & so=  
cius in passione, cum omnibus rebus ad eam per=  
tinentibus, cum campis, silvis, pratis, pascuis nec=  
non & aucupiis, & hoc quoque cum consilio opti=  
matum & principum meorum quorum nomina  
infra scripta reperiuntur. Unde adjuro in no=  
mine Domini Dei Jesu Christi, qui est omnium  
justus judex, ut terra hæc sit libera ab omni regali  
servitio imperpetuum. Si quis vero minuere vel  
fraudare presumpserit hanc donationem, sit sepa=  
ratus a consortio Sanctorum, ita ut vivens bene=  
dictione Dei sit privatus, & sit damnatus in in=  
ferno inferiori, nisi satisfactione ante ejus obitum  
emendaverit quod inique gessit; manente tamen  
hac cartula nichilominus in sua firmitate. Qui ve=  
ro tunc augere voluerit dona nostra, augeat illi  
dominus cœlestia dona, & æternam vitam tribuat.

Ðis sindon ða land ge mæro ðæs bufan  
cwedenan landes. Ærest on suþ healfe op  
cineges firhþe, of cineges firþe on Offaha=  
mes gemære, ðanan on herestræt, andlang  
stræte ofer Lylleburnan op east Meallinga  
gemære, 7 swa riht suþ be eastan ðam ewyl=  
lan op þ' ða wyde stræte, suþ 7 lang stræte  
on geriht op cineges fyre. Ðænne syndon  
ðis ða clenbæro, east Lindrhycg, 7 Otan=  
hyrst xxx p. 7 Fræcincghyrst, 7 Sceorfe=  
stede xxx p. 7 Wihthermeg, Faladsto, Gafol,  
7 Holanswic xxx. horda, 7 Pætlanhrycg.

r. Senbero

Id est. Hi sunt fundi supradicti fines. Primo ex  
australi parte usque ad regis planiciem: a regis  
planicie ad Offehamæ [villæ] fines, deinde ad vi=  
am militatem: per longitudinem [vel, tractum]

/a Cujusd.  
Lillæ tor=rentem  
viæ trans Lilleburnam /a usque Meallingæ orientalis  
fines: & sic recta austrum versus ab oriente crucis  
[vel, patibuli] usque ad amplam viam, austrum  
versus per longitud. viæ in directum usque ad regis  
planitiem. Sunt autem hæc porcorum pascendorum

loca [valles scil. nemorosæ & glandiferæ:] orientalis  
Lindhrycg, & Otanhyrst xxx. p. /b & Fraecing=  
hyrst, & Sceorfestede xxx. p. /c & Wihther=  
meg, Faladsto, Gafol, & Holanswic xxx. hor=  
da /d & Paetlanhrycg.

+ Ego Eadmundus Rex Anglorum signo cru=  
cis confirmavi. + Ego Eadred frater regis ro=  
boravi. + Ego Eadgife mater regis adfui. + E=go  
Oda archieпископus subscripsi. + Ego Ælfeh  
episcopus consensi. + Ego Theodred episcopus.  
+ Ego Wulfstan archieпископus. + Cenwald  
episcopus. + Ego Ælfred episcopus. + Ego  
Ælfric episcopus. + Ego Æthelgar episcopus.  
+ Ego Ælfgifu concubina regis affui. + Wulfgar  
dux. + Æthelstan dux. + Eadmund dux.  
+ Scula dux. + Sig ferth minister. + Wulfric  
minister. + Ealdred minister. + Ælfstan mi=  
nister. + Ordeah minister. + Eadwerd mini=  
ster. + Wulfric minister. + Odda minister.  
+ Ælla minister. + Ælfgar minister. + Os=  
ferth dux. + Wihtgar minister. + Wulsige mi=  
nister. + Birhtwald minister.

r. porcorum

/b /c For.  
pear=  
rucas.  
i. sagina=  
ria.  
/d Cellaria  
forte, vel  
Penaria.

*Charta Gunduli episcopi confirmata.*

Cart. de  
an. 21. Ed.  
3. nu. 22.

353b

Vide eti=  
am Text.  
Roffen.  
fol. 163.

quondam Rex Angliæ, progenitor noster fecit in  
hæc verba. Willielmus Rex Angliæ omnibus ba=  
ronibus suis & omnibus hominibus Francis &  
Anglis de comitatu Cantuariæ salutem. Sciatis quod  
ego concedo opus, & elemosinam quam Gun=  
dulphus episcopus de Roucestria fecit apud Mal=  
lingas manerium suum, & placet mihi multum,  
quod facit, & pulchrum est mihi. Teste R. epis=  
copo Dunelmense, apud Londoniam. Inspexi=  
mus etiam cartam Henrici regis Angliæ in hæc  
verba. Henricus Rex Anglorum, Haimoni vice=  
comiti, & Gilberto de Tunebrigge, & omnibus  
baronibus suis, Francis & Anglis de Cantia, sa=  
lutem. Sciatis quod ego concedo, & confirmo do=  
num illud quod Anselmus archieпископus dedit  
sanctimonialibus quæ in parochia Rofensis epis=  
copi, Domino Christo famulantur. Scilicet ma=  
nerium quod juxta illud situm est, nomine par=  
vas Meallinges, ad victim illarum eternaliter  
possidendum, testimonio Roberti Lincolniensis e=  
piscopi, & Roberti filii Hamonis, & Willielmi de  
Albigneio.

Inspeximus etiam aliam cartam quam idem  
progenitor noster fecit in hæc verba. Henricus  
Rex Angliæ A. archieпископо Cantuariæ, & Her=  
berto episcopo Norwicensi, & Rogero Bigoto, & ab=  
bati de sancto Edmundo, & omnibus baronibus  
Francis & Anglis de Suffolch salutem. Sciatis me  
concessisse S. Mariæ de Mellinges, Corugerda  
manerium, quod Robertus filius Hamonis dedit

sanctæ Mariæ, cum filia sua, ad victum moniali=um. Et volo & firmiter precipio, ut bene in pace, & quiete, & honorifice teneant, sicut Robertus filius Hamonis honorabilius tenuit, cum omnibus consuetudinibus suis, in tempore fratris mei Wil=lielmi regis, & meo. Testibus Waltero cancella=rio, & Hamone Dapifero, & Willielmo de Albineo, & Willielmo Peverello de Doura, apud Roto=magum, in festo sancti Andreæ, &c. & alie carte testes Mathildis Regina, Robertus Lincolniae epis=copus, & Robertus filii Hamonis, & Alanus filius Flathaldi, & Willielmus de Albineo. Apud Can=triberiam.

*De subjectione & fidelitate abbatisse de Mel=lingis.*

Ex eod.  
Roffen.  
fol. 191.

Die illa qua Gundulfus, Rofensis episcopus abbatiam de Mellingis dedit sanctimoniali Aviciæ, eadem sanctimonialis eidem episcopo, ejusque successoribus, & sancte Rofensi ecclesiæ, juravit fidelitatem & subjectionem, & quod nec per se, nec per aliam personam prædictam subje=ctionem dissolvere temptaret; Hoc autem facto sacramento, prædicta Avicia episcopo, firma & stabili conventione promisit, quod sine ejus con=silio & licentia, in abbatia sibi data, Priorem nec poneret, nec deponeret, nec ullam sanctimonial=em recuperet, nec terram inde daret, aut aufer=ret. Hujus rei testes fuerunt isti audientes & vi=derentes. Radulfus abbas Belli, Ordivimus Prior, Paulinus Secretarius, Alueredus, Andreas me=dicus, Arnulfus capellanus episcopi, Johannes, Goisfridus, Albericus, Odo, Beringarius, Williel=mus subprior, Humfridus, Eruegrinus, Hugo nepos episcopi, Willielmus juvenis, Radulfus cle=ricus, Ausfridus clericus, Godardus clericus, Rod=

354a

bertus Camerarius, Hugo Camerarius, Ausfridus Dapifer, Humfridus portarius, & alii plures.

Cart. 7.  
Joh n. 11.  
m. 2.

JOHANNES Dei gratia, &c. Sciatis nos intuitu Dei, & pro salute nostra, & pro a=nimabus omnium antecessorum & successorum nostrorum concessisse & hac Carta nostra con=firmasse Deo & ecclesiæ de Mallinges, & moni=alibus ibidem Deo servientibus ecclesiam de Est=Mallinges, cum omnibus ad eam pertinentibus, quam dominus Hubertus Cantuariensis archiepis=copus eis reddidit, & in proprios usus earum con=vertit, sicut Carta ejusdem archiepiscopi quam inde habent rationabiliter testatur. Quare volo (&c.) Datum per manum Hugonis de Welles archidiaconi Wellensis, apud Rumenell, v. die A=prilis anno &c. vii.

.....

501b

DAVINTONENSIS  
Prioratus in agro Cantiano.

*Carta regis Henrici tertii.*

Cart. 39.  
H. 3. m. 5.

Rex archiepiscopis &c. Sciatis nos

pro salute animæ nostæ, & anima=  
rum antecessorum & hæredum no=  
strorum, concessisse & hac carta  
nostra confirmasse Priorissæ eccle=  
siæ beate Mariæ Magdalenæ de Davyntone, &  
monialibus ibidem Deo servientibus & imperpe=  
tum servituis omnes donationes subscriptas;  
videlicet totam terram illam cum molendino  
superstante, & cum aliis pertinentiis suis in Mon=  
ketone quam habent de dono . . . thei filii Ha=  
monis atte Frith, & totam illam terram cum  
pertinentiis in tenura de Ospreng quam habent  
de dono Gervasii de Besevyle; & totam terram  
illam cum pertinentiis in eadem tenura quam ha=  
bent de dono Roberti de Sylegrave & Emmæ  
uxoris ejus, & duas acras terræ & dimidiæ, &  
decem denariatas & duas gallinas annui redditus  
cum pertinentiis in eadem tenura de dono Ha=  
monis & Stephani hæredum Willielmi de Ecclesia.  
Et unum messuagium cum pertinentiis in West=  
broc in eadem tenura de dono Walteri de Ponte;  
& duas solidatas & septem denariatas redditus  
cum pertinentiis apud Westbroc in eadem te=  
nura de dono Stephani de Girringes, & novem  
solidatas & duas denariatas & unam obolatam  
& ix. gallinas & lxx. ova annui redditus cum per=  
tinentiis in eadem tenura de dono Guncelini filii  
Ricardi. Et duas solidatas & unum gallum an=  
nui redditus cum pertinentiis in eadem tenura  
de dono Lucia de Horneclive; & duas solida=  
tas & sex denarios & quinque gallinas annui red=  
ditus cum pertinentiis in eadem tenura de dono  
Ernulphi filii Hyronay. Et tres solidatas & qua=  
tuor denariatas & tres gallinas annui redditus  
cum pertinentiis in eadem tenura de dono Han=  
geri Taylefer, & quinque denariatas annui redi=  
tus cum pertinentiis in eadem tenura de dono  
Willielmi Coci. Et totam illam terram cum per=

502a

tinentiis in eadem tenura quam habent de dono  
Roberti le Wred; & quatuor solidos annui redi=  
tus cum pertinentiis in Winchelesey de dono  
Willielmi filii Wulvenæ. Et dimid. marcatam an=  
nui redditus cum pertinentiis in Sandwyk de  
dono . . . artini filii Willielmi. Et duas solidat.  
redditus cum pertinentiis in eadem villa de dono  
Thomæ de Ertheslag. Et xii. sol. & duas aucas  
annui redditus cum pertinentiis in insula de Greu  
de dono Radulfi de Wydegate. Et duas solid.  
& vi. d. redditus cum pertinentiis in Rommenhale  
de dono Hamonis Peykelin. Et duas solid. red=  
ditus cum pertinentiis in Dya de dono Osmundi  
filii Edwardi de Tunstall. Concessimus etiam  
pro nobis & hæredibus nostris eisdem Priorissæ &  
monialibus, quod ipsæ & successores sui in qui=  
buscunque locis terras habuerint, imperpetuum  
quietæ sint de sectis comitatuum & hundredorum  
nostrorum, de visu franci pleg. & Lawedayorum,  
de turno & auxilio vicecomitum, & omnium alio=  
rum ballivorum & ministrorum nostrorum.  
Quare volumus (&c.) Dat. per manum no=  
stram apud Westm. xxii. Aprilis.

r. Gren

.....

528b

LILLESCHERCHENSE  
Cenobium in agro .....

*Charta Regis Henrici tertii.*

Car. 11.  
Hen 3.  
par. 2.  
memb. 7.

REX &c. salutem. Sciatis  
Nos concessisse & presenti  
carta nostra confirmasse  
Deo & abbatiae sanctae Ma=riæ de sancto Sulpicio &  
Priorisse & Monialibus de  
Lillechirche, manerium  
de Lillechirche, in pu=ram & perpetuam elemosinam, cum omnibus  
pertinentiis suis, cum omni integritate sua, &

529a

cum omnibus libertatibus & liberis consuetudini=bus ad illud pertinentibus. Preterea concessimus & presenti carta confirmavimus predictis Prioris=se & monialibus quod habeant unam feriam apud Lillecherch, per tres dies duraturam singulis annis, scilicet, die sancti Michaelis, & duobus diebus sequentibus. Quare volumus & firmiter precipimus quod predice Priorissa & Moniales habeant & teneant predictum manerium bene & in pace, libere, quiete & honorifice, integre & plenarie in perpetuum, & quod habeant predi=ctam feriam apud Lillechireche singulis annis die sancti Michaelis & duabus diebus sequentibus sicut predictum est, & sicut Cartæ domini J. Regis patris nostri quas inde habent rationabiliter testantur. Testibus E. Lond. J. Bath. R. Sarr. episcopis, H. de Burgo &c. Osberto Giffardo, Radulpho filio Nicholai, G. de Crawecumbe, Henrico de Capella, Johanne filio Philippi & aliis. Datum per manum venerabilis patris R. Cicestren=sis episcopi, Cancellarii nostri apud Westmona=sterium vi. die Julii.

*Alia ejusdem Regis Charta.*

Pat. 50.  
Hen 3.  
memb. 25.

REX omnibus salutem. Sciatis nos, pro salu=te anime nostre, & animarum antecessorum & heredum nostrorum, pardonasse pro nobis & he=redibus nostris, dilectis nobis in Christo Aceline Priorisse de Lillechirch & Monialibus ibidem Deo servientibus & imperpetuum servituri se=ctam quam singulis annis facere consueverunt ad curiam nostram honoris Bononiæ apud sanctum Martinum magnum London. pro dominicis terris suis in manorio de Lillechirch, quod habent de dono domini I. quondam Regis Angliae progenitoris nostri. Ita quod dicte Priorissa & Moniales & e=arum successores quiete sint imperpetuum de secta predicta quoad dominicas terras suas quas habent in manorio predicto. In cuius &c. T. Rege apud Westmonast. secundo die Marcii.

.....

545a

De hisce in hac pagina sequentibus, nil nobis liquet  
nisi solummodo fundatorum nomina, quæ  
ex Lelando annotavimus.

Lel. coll.  
vol. 1. p.  
84.  
Kanc.

Cantuar. domus S. Sepulchri, moniales

Guilielmus Calvel civis Cantuar. pri=  
mus fundator.

.....

547

Prioratus alienigenæ  
ORDINIS  
Sancti Benedicti:

Cœnobiola sc. cismarina sive Anglicana, quibusdam majoribus &  
antiquioribus illius ordinis Cœnobii ultramarinis, filiarum  
instar, subjecta, & de eisdem Cellarum nomine, dependentia.

.....

550b

LEVESHAMENSE  
Cœnobium in agro Cantiano,  
cella S. Petri apud Gan=  
davum in Flandria

*Charta regis Henrici tertii, loci prædia & privi=  
legia recensens & confirmans.*

Cartæ 13.  
Hen. 3.  
m. 9.

H. Dei gratia Rex Angliæ, Radulfo  
archiepiscopo, & Rogero epis=  
copo Sarum, & vicecomitibus de  
London, & de Kent, &  
omnibus baronibus & mini=  
stris suis Francis & Anglis de  
London & Kent salutem.

Præcipio, quod abbates & monachi de sancto Pe=  
tro de Gant habeant & teneant manerium suum  
de Levesham & de Grenewico, cum ecclesiis suis  
& cimiteriis & decimis & omnibus terris & red=  
ditibus eisdem ecclesiis pertinentibus, & cum deci=  
mis de Andredeswald, cum consuetudinibus & red=  
ditibus suis & cum omnibus aliis appendiciis suis,  
sicut cartæ regum Edwardi & Willielmi patris mei  
testantur, & cum terra infra Lond. de Weirman=  
aca quæ pertinet ad eandem Grenewiz, cum  
saka & sokna, tol & theam & infangenethef, &  
cum omnibus aliis consuetudinibus, legibus, &  
libertatibus suis & Wervagio suo bi lande & bi  
strande, & sint quieti de placitis & querelis &  
syris & hundredis, in burgo & extra, in aqua &  
extra, in bosco & in plano, ita bene & plene libere  
& honorifice sicut unquam melius tenuerunt tem=  
pore Regis Edwardi & Willielmi patris mei, &  
fratris mei & meo postmodum. Et præcipio,  
quod habeant decursus aquarum suarum ubi vo=  
luerint, & piscarias suas & stagnum & paludes &  
volatilia sua infra ambitum villæ, Et de molen=  
dinis suis quæ sunt super terras suas, & de thelo=  
neis suis & mensuris annonæ suæ & cervisiarum  
suarum de omnibus ministris meis firmam pacem  
meam habeant, Ita quod nulli respondeant nisi  
abbari & monachis. Et habeant in eadem villa  
sua Huderam suam liberam & quietam, & omnes

qui ibi advenerint faciant abbati & monachis easdem consuetudines omnes quas facere solebant tempore Regis Edwardi & tempore prædecessorum meorum. Et præcipio quod habeant waren=

551a

nam suam in eadem villa liberam & quietam, ita quod nullus in ea leporem vel aliam bestiam fuget nisi per abbatem & monachos. Et prohibemus, ne super hiis de hac elemosina mea aliquis eis injuriam vel contumeliam sive torturam amodo faciat super forisfacturam decem librarium. T. Roberto comite de Mell: & Willielmo comite Warenæ, & Willielmo de Albiniaco, & Roberto filio Sueni de Essex. & ..... Lend. apud Westmon.

.....

560a

FOLKESTANENSE

Cœnobium, in agro Cantiano,  
Cella abbatiae de Lolleio  
in Normannia.

*Charta Willielmi de Abrincis fundationem confirmans.*

Record de  
term. S.  
Mich.  
4 H. 4. Rot.  
10. in dor=  
so, in Scac  
cario, ex  
par. reme=  
morator.  
Reg.

Universis Christi fidelibus, presentes literas inspecturis, vel audituris, Willielmus de Abrincis miles, dominus de Folkestan, salutem in Domino temporalem & eternam. Quoniam mentes hominum libenter oblivionis incommoda patiuntur, & tempora mutantia cotidie, more fluentis aque dilabuntur; Ideo cuncta gesta, perpetuo futuris temporibus memoranda, convenit eternari voce viva testium, & testimonio literarum, ne ea sine certitudine reservata, cum labente tempore fallibili, que memoria posterorum involvatur abolenda. Noverit itaque universitas vestra, quod ego, dictus Willielmus de Abrincis, vidi, & inspexi, & de verbo ad verbum coram me legi, audivi, curioseque feci probari, literas fundationis concessionis & donationis nobilissimi viri domini Nigelli de Munevilla, quondam domini de Folkestan, antecessoris mei, factas & datas ab abbati & Monachis beate Mariæ de Lonleyo, & successoribus eorundem, sanas & integras in Sigillo, & in scriptura, non cancellatas, non abolitas, non corruptas, nec in aliqua sui parte vitiatas, de quibus seriem rerum in eisdem contentarum, in nostris per Dei gratiam, intendimus recitare.

In primis dictus dominus Nigellus de Munevilla, cum uxore sua Emma, in honore & amore Dei & sanctæ Mariæ, & sanctæ Eanswythæ virginis, pro redemptione & salute animæ suæ, & uxoris suæ, & animarum antecessorum suorum, scilicet Willielmi de Archis, & Beatricis

560b

uxoris illius, & omnium parentum suorum dedit ecclesie beate Mariæ de Lonleyo, & Ranulpho

tunc abbatи & successoribus ejus, & monachis e= 1095.  
jusdem loci, ecclesiam sancte Mariæ, & sancte Eanswythæ de Folkestan, cum patronatu ejus= dem, & omnes ecclesias dominii sui, cum patro= natu earundem, ad honorem de Folkestan per= tinentium, cum omnibus pertinentiis suis, & pro= ventibus, & redditibus, & consuetudinibus quas laicus in ecclesiasticis rebus habere, & dare potest, in puram & perpetuam elemosinam, assensum & auctoritatem suam prebente Anselmo Cantuariae archiepiscopo, anno ab incarnatione Domini millesimo nonagesimo quinto, regnante Williel= mo Rege juniore, filio Regis Willielmi, qui An= gliam devicit. Concessit præterea idem Nigellus eisdem Monachis, duas terras dominii sui, scili= cet, Cornyls & Forenden, cum omni jure, & jurisdictione, sicut in eisdem habebat, liberas & quietas ab omni seculari servicio, preter dane= geldum, quod solvendum est de Cornylis so= lummodo; Dedit etiam dictis Monachis viginti solidos, quos habebat in Folkestan de Hanetot, & Chyldewite. Hos viginti solidos remisit Ra= nulphus abbas Burgensis de Folkestan, tali conditione, quod ipsi concederunt omnem deci= mationem piscium capture sue in sempiternum, prædictis Monachis de Folkeston. Memorata vero Beatrix, post mortem domini sui Willielmi de Archis, veniens ad terram dotis suæ de Newen= ton, concessit prædictis monachis plenam medi= etatem decimationis de dominio suo in omnibus que decimari solent, & debent. Nigellus vero de= dit plenarie eisdem monachis omnem decimatio= nem dominii sui de Folkestan, de Sterlingham, de Walton, de Northwode, de Alkehamb & Standen, & de nemoribus suis, tertiam partem autem decime de Flete, in omnibus que decima= ri debent, in garbis, in aquis, in vitulis, in caseis, & de molendino ville ipsius tertiam partem: de Folkestan vero & de Alkehamb & de Sterling= ham, de denariis proprii gabli, de molendinis, de melle, de pratis, de vineis, de fructibus viri= dariorum suorum, de pullis, de vitulis, de porcis, de agnis, & de silvestribus bestiis parci, & de pas= nacio, de pasturis, & de piscibus vivariorum, cum omnibus quæ mare eicit in propriam terram di= ctorum monachorum. Mortuo vero Nigello absque masculo hærede, Henricus Rex, frater Willielmi junioris, dedit filiam ejus, nomine Ma= tildam, Rualoni de Abrincis, cum omni terra, & honore quem Nigellus habuit dum vixit. Rualo vero concessit monasterio Longiledi, & monachis de Folkestan, omnia sicut sunt superius annota= ta, integra & illibata absque ulla diminutione. Et quia ego dictus Willielmus de Abrincis om= nia & singula superius annotata, & contenta in literis domini Nigelli de Munevylla, quondam domini de Folkeston, antecessoris, & domini Rualoni de Abrincis vidi contineri, & coram me feci legi, recitarique diligenter, quibus auditis, perfectis, & intellectis omnes & singulas donati= ones, elemosinas supradictas comperii, & inveni, recte, & juste factas, & datas, & confirmatas fu=isse prædictis abbatи, & monachis & successoribus

eorundem. Ideo, ut participationem ampliorem  
habeam in precibus, suffragiis, & aliis beneficiis

561a

dictorum abbatis & monachorum de Lonleyo, &  
de Folkestan, tam me, quam prædecessores meos  
ac etiam successores, volo, sanctam ecclesiam, in  
suis juribus & libertatibus, in quantum possent in=  
dempnem, & illesam observare, necnon servos  
Dei, prefatosque religiosos de Folkestan, in su=  
is possessionibus, elemosinis, & consuetudinibus  
liberos & quietos assidue, sine molestatione qua=  
cunque permanere. Quia bona & mumenta e=br/>orum non vellem, nec deberem infringere vel mi=  
nuere; immo magis vestigiis antecessorum meo=  
rum adhereo, ea munificentia, qua possum aug=  
mentata dilatare, in honore sancte Dei genitricis  
Mariæ, & S. Eanswythe virginis, & ob favorem,  
& devotionem ferventem, quas erga sanctam re=  
ligionem habeo, prescriptas omnes donationes, &  
singulas in quocunque titulo antecessorum meo=  
rum comprehensas & insertas, elemosinas, deci=  
mas, collationes, terras & tenementa, confirma=  
tiones, & jurum, possessionum, ecclesiarum, li=  
bertatumque concesiones ratas & gratas habeo,  
in quantum mihi pertinet, pro me & hæredibus  
meis approbo, ratifico, in novo & presentis pa=  
gine testimonio do, absque ulla diminutione; &  
prædictis monachis de Lonleyo de Folkestan, &  
successoribus eorundem, in puram & perpetuam  
elemosinam confirmo, videlicet in domibus, ter=  
ris, pratis, & redditibus, nemoribus, possessio=  
nibus, & consuetudinibus, & cum omni jure, &  
jurisdictione plenaria de Cornylis & de Faren=  
den, sicut dominus Nigellus habebat absque ulla  
reclamatione, a me, nec ab heredibus meis in illis  
terræ, nec in aliis donationibus, superius nec in=  
ferius contentis facienda, & in aliis juribus & li=  
bertatibus omnibus, & decimis quibuscumque,  
maxime in decimatione omnium ad meum domi=  
nium de Folkestan, quocunque modo spe=  
ctantium, scilicet meorum reddituum pro=  
prii gabli de Folkestona, de Sterlingham, & de  
Alkham, pasnagii mei parci, piscium vivario=  
rum meorum, cum omnibus que mare eicit in  
propriam terram dictorum monachorum, bosco=  
rum meorum incolarum. In decimis etiam be=  
stiarum mearum, & exituum earundem, videli=  
cet, caseorum, pullorum, vitulorum, agnorum,  
porcorum, & omnium animalium silvestrium, &  
de fructibus viridariorum meorum, & vinearum,  
& volucrum, & omnium aliorum totius domi=  
nii mei, que debent, vel possunt de jure, & equi=  
tate decimari. Verum quia monachi predicti, de  
castello de Folkestan, in quo fundati fuerunt,  
sua spontanea voluntate, assensum & auctorita=  
tem suam prebente venerabili patre domino Jo=  
hanne Dei gratia Roffensi episcopo, vicario Ar=  
chiepiscopatus Cantuariæ, post mortem domini  
Willielmi archiepiscopi Cantuariæ, anno primo,  
sede vacante, exire voluerint ad quandam no=  
vam ecclesiam, quam eis dedimus, extra dictum  
castellum, cum patronatu ejusdem quæ aptior vi=

detur eis; Et quendam locum juxta ecclesiam,  
quam eis dedimus, & concedimus & confirmavi=  
mus in puram & perpetuam elemosinam, sicut a=  
liqua elemosina melius dari potest, vel appropri=  
ari (quia, quod semel Deo dedicatum est, am=  
plius ad usus humanos non est transferendum.)  
Et eos ibidem fundavit, cum omnibus suis eccl=siis, possessionibus, terris, juribus, redditibus,

561b

consuetudinibus, absque servitute, infra omnia  
septa Prioratus vel impedimento; Et cum omni=bus aliis rebus quæ tenuerunt & habuerunt absque  
ulla diminutione, sicut eo tempore tenuerunt  
cum adhuc in dicto castello remanebant; Ideo ne  
loca pure elemosinata, & dictis monachis appro= priata, per heredes vel ministros nostros, vel alios  
temere violentur, vel turbentur, volo, & hic con=firmo, quod nullus, nomine meo, aut hæredum  
meorum, imposterum, infra septa vel clausuram  
Prioratus, & domus ipsorum monachorum de  
Folkestan, possit, debeat, nec presumat, jure  
consuetudinis, usus dampni vendicando, res,  
blada, boves, equos, jumenta, seu alia animalia,  
vel bona quecunque, capere, extra ponere. Hos= pitum locum ipsorum spoliando, aut de meis a=lienisve animalibus, ovibus, servantibus ipsos ho=nerando, aliquem aut aliquid ibidem vi tenere, di=mittere custodiendum sustendandumque quoquaque colore quesito, in ipsorum dampnum & gra=vamen, & ecclesiasticæ libertatis lesionem, nec  
non in prejudicium sui Prioratus, in quo nihil  
omnino mihi, aut hæredibus meis, in aliquo die  
anni preter suffragia, & participationem precum,  
& orationum dictorum monachorum retineo,  
sed liberum pacificum & quietum in futurum vo=lo remanere. Adhuc etiam volo & consentio,  
quod ego & hæredes mei, vel quicunque succe=dentes, omnes res, donationes, & collationes su=perius contentas & comprehensas, prædictis mo=nachis & successoribus suis manutenere, waranti=zare, fideliter teneantur in futurum. Verum  
quia instrumenta, & Cartæ meorum antecesso=rum per ignem & aquam, putredinem, vetusta=tem, aut tyneam, rubiginem, vel guerram, sive a=liam fortunam possent adnihilari, deperire, vel  
corumpi, Quare ego motus intuitu divine pie=tatis concedo, & volo ad petitionem ipsum, quod dicti monachi de Folkestan, mihi, nec  
hæredibus meis aliqua fundamenta, titulos de ce=tero teneantur ostendere, seu etiam compellan=tur exhibere, nec compelli possint, nisi solum=do presentem istam meam donationem, & confir=mationem; Quisquis autem meorum hæredum,  
aut aliorum quorumcunque causam, a me, vel a  
meis habentium execrable mentis ingluvie, pro=fanæque cupiditatis exagitatus & depravatus,  
hanc paginam mee mere & spontaneæ confirmati=onis, innovationis, approbationis impedire, mi=nuere, violare, vel in aliqua sui parte voluerint,  
seu nisi fuerint infringendo deturbare, vel detine=re in parte, vel in toto, iram irrevocabilem, &  
maledictionem Dei patris, & beatæ Mariæ ma=

tris ejus, & sanctæ Eanswythæ virginis, quarum famulis & servientibus fecerit injuriam, se senciat celeriter, & terribiliter incurrisse, qui tanquam membrum inutile Christi, segregatus a corpore, per ecclesiam, Anathemate perpetuo feriatur, nisi penitendo recipiscat; & cum Juda Christi traditore cathenatus in tenebris & in umbra mortis, ubi erit fletus incessabilis, & stridor dentium torqueatur, inde cum Dathan & Abiron, quos in carne viventes absorbens aperta terra deglutivit, sortiendo portionem, detrudatur in igne gehennali, cohorte Demoniaca preparata dampnabiliter sine fine cruciandus. In quorum omnium fidem, & testimonium, ne meos posteros, aut a=

562a

lios lateat in futurum, presentem Cartam, & confirmationem eisdem monachis dedi, Sigilli mei munimine, & impressione roboratam. His testibus Willielmo de sancto Lupo milite, Alexander Tyrell, Hugone camerario, Johanne de Morton, Stephano filio Wydonis, Hascul. Willielmo de Haseio, Bassey, Hugone Coko, Roberto de Eadchilde, Johanne venatore, Eadwino filio Richardi, Alano de Street, & pluribus aliis.

.....

576b

PATRICKSBURNENSE  
Cenobium in agro Canciano,  
cella de Bello-loco in  
Normannia.

*Inquisitio.*

Escaet. de  
Ad quod  
damnum,  
6 E. 3. n.  
48.

Inquisitio capta apud Cantuariam coram Willielmo de North escaetore domini Regis in comitatibus Kanciæ (&c.) die martis proxima post festum sancti Nicolai anno regni Regis Edwardi tertii a conquestu sexto, virtute brevis domini Regis huic inquisitioni consuti, per sacramentum Thomæ de Grenehham (&c.) Qui dicunt super sacramentum suum, quod dominus Rex nunc, nec aliquis progenitorum suorum tempore vacationis Prioratus de Belloloco in Normania, custodiam de manerio ipsius Prioris de Patrickesborne, nec de aliis terris & tenementis ad prædictum Prioratum quoquomodo spectantibus in comitatu Kanciæ prædicto, non habuerunt, exitus nec proficua aliqua inde provenientia percepérunt, nec inde in aliquo, aliquibus temporibus retroactis, intromisit; nec quod Piores dicti loci fidelitates domino Regi nunc seu progenitoribus suis, hactenus fecerunt. Et dicunt quod quidam Johannes de Pratellis, qui prædictum manerium quondam tenuit de Rege in capite, ut de hæreditate uxoris suæ, dedit manerium prædictum Priori, & conventui ejusdem loci, tenendum in puram & perpetuam elemosinam. Quam quidem donationem dominus Jo-

hannes Rex confirmavit per cartam suam. Et di= cuunt quod dominium dicti manerii, post mortem uxoris ejusdem Johannis de Pratellis descendebat antecessoribus Galfridi de Say, & sic dictus Prior tenet de dicto Galfrido de Say in puram & per=

577a

petuam elemosinam, & reddendo pro ipso Gal= frido, ad castrum Roffense singulis annis xii. soli= dos in festo sancti Andreæ. In cuius rei testimoni= um huic inquisitioni prædicti juratores sigilla sua apposuerunt die & anno supradictis.

.....

609

Coenobia Anglicana,  
DE ORDINE  
CLUNIACENSI.

.....

621b

HORTONENSIS Prioratus  
in com. Cantii, cella de Lewes.

*Carta Roberti filii Bernardi de Ver de fundatione  
Prioratus de Horton.*

Ex regist.  
ejusdem  
Prioratus.

Reverendo in Christo patri & do= mino domino R. divina mise= ratione abbati Cluniaci radiis sinceræ devotionis & omnium virtutum viro commendabili= ter adornato vir humilis & de= votus Robertus de Ver filius Bernardi omnimodum honorem debitum tanto

622a

patri & fructum serviciai salutaris. Noverit almi= fica vestra paternitas lucidius Deo gratissima me apud Hortonam Cantuariensis diocesis in honore Dei beatæ Mariæ & sancti Johannis evangelistæ ad salutem animæ meœ & pro animabus antecesso= rum & successorum meorum ecclesiam fundasse & construxisse, & eam tam in temporalibus quam spiritualibus promovisse & accumulasse, volen= temque & affectantem ministros vestri sanctissimi ordinis Cluniaci monachos Deo servituros im= perpetuum fore in eadem, insignissimi nostri re= gis concessione gratiosa & confirmatione votiva primitus peroptatis, ac vestro sacratissimo patro= cino benignius conforente, idem opus caritati= vum in puram & perpetuam elemosynam ab ad= versis facilius conservari & in prosperis æternali= ter communiri. Igitur vestræ prælibatæ pater= nitati supplico humiliter & devote ut me in si= num vestræ puræ religionis devotionis & orati= onis clementius suscipere, ac vestre fraternitatis piis suffragiis consolare, dictæque ecclesiæ vestræ de Hortonæ universa & singula jura privilegia & libertates a sanctis patribus sedis apostolicæ & vestris prædecessoribus vestro venerabili mona= stero Cluniaci data concessa & confirmata a piæ fundationis tempore conferre & largiri dig=

nemini gratiose, quatinus in divinis officiis validius & avidius se exercere gaudeat sine fine.

*Alia ejusdem Roberti Carta.*

Ibid.

Sciant præsentes & futuri quod ego Robertus de Ver constabularius regis Angliæ, & Adeliza filia Hugonis de Mountford uxor mea damus & concedimus & præsenti carta confirmamus Deo & sanctæ Mariæ & sancto Johanni & sancto Pancratio & monachis de Lewes apud Hortunam Deo servientibus idem manerium cum omnibus rebus ad illud pertinentibus scilicet cum terra & hominibus de Hayter & de Hangsel & de maresio & cum operibus quæ homines faciebant apud Saltwood & cum nemoribus Redebroc & Witinghanger in elemosynam liberam & quietam sicut dominium nostrum. Prior de Horton reddet singulis annis ecclesiæ sancti Pancratii unam marcam argenti pro recognitione. Habebit autem Prior de sancto Pancratio in perpetuum emendationem ordinationem & mercatiōnem de Priore & monachis de Horton tanquam de suis propriis secundum regulam sancti Benedicti & ordinem de Cluniaco. Præter hæc damus decimam de Etretona sicut Robertus capellanus eam habuit. Et in Essexia ecclesiam de Parl. cum omnibus decimis & consuetudinibus ei pertinentibus. Damus etiam quinque solidos qui reddebantur de Hayter & Saltwood & virginiti & quinque denarios qui de eadem terra reddebantur Estbrogiae. Hæc & omnia quæ deditimus & quæ daturi sumus damus pro anima Regis Henrici domini nostri & incolumitate nostra & pro animabus nostrorum antecessorum & parentum & propinquorum & benefactorum nostrorum, Quicquid etiam Barones vel homines nostri ibidem in elemosinam dederint eodem animo damus & concedimus. Testibus, Roberto de Ver juvēne, Roberto de Well, Roberto de Orchalveston, Normanno de Essetof, Turstano Dapifero, Hamone

r. onerationem

r. Purley

622b

de Avenaro, Willielmo filio Henrico, Willielmo filio ejus, Simone de Meald, Willielmo filio Normanni, Ricardo de Well filio Roberti, & Willielmo fratre ejus, Godfrido de Meald filio Simonis, & multis aliis.

Irrotulatur in memorandis scaccarii videlicet inter Recorda de termino sancti Michaelis anno sexto Regis Henrici quarti ex parte rememoratoris Regis videlicet in quodam processu tangente Piores de Castelacre, Pritewell, Horton, & alios.

*Alia etiam ejusdem Roberti Carta.*

Ibid.

Notum sit omnibus tam præsentibus quam futuris quod ego Robertus de Ver constabularius regis Angliæ & Adeliza filia Hugonis de Monte-forti uxor mea dedimus & concessimus Deo & beato Apostolo Johanni Evangelistæ & ecclesiæ de Horton & monachis in eadem ecclesia ad servendum Deo & beato Johanni commorantibus manerium de Titendon cum omnibus pertinentiis ip-

sius manerii in perpetuam elemosynam pro redemp= tione & salute animæ Regis Henrici & Regis Ste= phani & animarum nostrarum & omnium fideli= um antecessorum nostrorum, ita libere & quiete & honorifice tenendum & habendum sicut nos tempore Regis Henrici prædicti dono ejusdem tenuimus & habuimus, & postea Regis Stephani, scilicet cum soca & saca & tol & team & infangenite of cum omnibus consuetudinibus & libertatibus & quietationibus de warpeni & nupeni, in bosco & piano in pratis & in pasturis in terris & mariscis in via & in semitis. Adhuc ecclesiam de Stanesteed cum ejusdem ecclesiæ pertinentiis omnibus scilicet beneficiis ecclesiasticis atque ecclesiam de Brad= burn cum sibi pertinentibus beneficiis ecclesiasticis scilicet decimas Estbrugiæ & Hancild excepto sa= le. Teste, Gaufrido de Vere, & Roberto fratre suo, Radulpho filio Willielmi, Willielmo de Pila= tavil, Hero Dapifero, Hugone de Eschelot, Hu= gone Talbott, Willielmo de Well, Osberto Mariscallo Willielmi filii Trustan Dapiferi, Ra= dulpho de Scalis, Radulfo filio Turaldi, Roberto de sancto Martino, Ernaldo sacerdote, Pagano clericu, Simone de Chandos, & Hugone fratre suo, Johanne sacerdote.

r. in peni

In catalogo abbatiarum, prioratum, &c.  
cœnobio Cluniaci subjectorum qui extat  
in bibliotheca Cluniacensi, columna 1749  
status hujusce Prioratus sic se habet.

<Marrier & Duchesne 1614>

Prioratus de Hortuna immediate subditus Prio= ratui Lewensi, in quo secundum aliquos debent esse octo monachi & secundum alios debent esse tredecim, & debent ibi celebrari tres missæ, ma= jor, & secunda beatæ Mariæ, & tertia pro defunctis. Debet dici Evangelium per diaconum ad majorem missam, & debet haberit lectio in refectorio ad prandium. Et sunt tres ad custodiendum sigillum videlicet Prior, subprior, & unus aliis.

.....

687a

FEVERSHAMENSE  
Cœnوبium in agro Cantiano  
/\* fundatum anno MCxl viii.

*Carta regis Stephani de fundatione ejusdem.*

/\* Annales  
S. Marti= ni Dover  
in bibl.  
Cotton.  
  
Cartæ an= tique li= tera N.  
n. 38.  
Vide cart.  
9. E. 2. n.  
48. per  
Inspex.  
Ex auto= grapho pe= nes Will.  
Sommer  
Cantuar.

Stephanus rex Angliæ, archie= piscopis, episcopis, abbatibus, justiciariis, comitibus, baro= nibus, vicecomitibus, mini= stris, & omnibus fidelibus suis Angliæ salutem. Sciatis me concessisse, & deditis ab= bati & monachis de S. Salva= tore de Faueresham, manerium de Faueresham cum omnibus pertinentiis illius, in perpetuam elemosinam, ad fundandam in illo unam abba= tiam. Et præterea manerium de Treungla, cum omnibus pertinentiis illius in perpetuam elemo=

687b

sinam, pro salute animæ Matildæ reginæ uxoris  
meæ, & omnium fidelium. Quare volo, & præ=

cipio, quod monachi illi, & ecclesia sancti Sal=

vatoris, maneria illa, bene & pace, libere & qui=

ete teneant, cum omnibus pertinentiis eorum,  
in bosco, & plano, in pratis & pascuis, in aquis  
& molendinis, in viis & semitis, & in omnibus  
rebus, cum soca, & saca, & toll, & theam, &  
infangenetheof, cum omnibus aliis libertatibus, &  
liberis consuetudinibus, in perpetuam elemosinam,

soluta, & quieta omni sacerulari exactione.

Teste, T. archiepiscopo Cantuariensi, & H.  
episcopo Wintoniensi, & Nigello episcopo de Ely,  
& W. episcopo Norwicensi, & W. episcopo  
Rovecestriæ, & comite Eustachio, & Henrico de  
Essex, & Ricardo de Lucy, apud Cantuariam.

*Carta regis Henrici secundi.*

Ibid.  
Cart an=

tiq N.

n 39.

Henricus rex Angliæ, & dux Normanniæ, &  
Aquitaniæ, & comes Andegaviæ, archiepis=

copis, episcopis, abbatibus, comitibus, baronibus,

justiciariis, vicecomitibus, ministris, & omnibus

fidelibus suis, Francis, & Anglis, totius Angliæ

salutem; Sciatis me concessisse & confirmasse,

prece & petitione cognati mei Willielmi comitis

Warrenne, monachis de Faueresham, secundum

ordinem Cluniacensem ibidem Deo servientibus, ab=

batiam ipsam de Faueresham, quam rex Stepha=

nus fundavit in manorio ipso de Faueresham, ubi

requiescunt cognati mei, videlicet rex Stephanus,

& Matilda regina uxor ejus, & Eustacius

filius eorum. Concedo etiam eis in perpetu=

am elemosinam pro salute animæ meæ & om=

nium parentum meorum & antecessorum re=

gum Angliæ, ipsum prædictum manerium de Fa=

versham cum omnibus pertinentiis suis. Concedo

etiam quod homines eorum sint liberi & quieti per

totam Angliam, de Teoloneo & passagio & mur=

dro, & danegeldo, & shyris, & lestageis, & om=

nibus exactiōibus sicut quietiores fuerunt tem=

pore regis Henrici avi mei. Concedo etiam eis

unam feriam octo dierum singulis annis, quæ ad

festum sancti Petri Advincula incipiat. Concedo

etiam eis & confirmo manerium de Treungla

cum omnibus pertinentiis suis, quod Matilda re=

gina eis donavit, & terras quas ipsa emit de Fulcone

de Newenham, & eis dedit, scilicet Burdifeld,

& Kingesdonam, & Chetham, quam dedit eis

Richardus de Lucy pro anima sua, & pro anima

eiusdem reginæ; & terram quam dedit eis Ra=

dulfus Pycot, scilicet Monechetonam, & so=

cam de feodo eiusdem reginæ quam dedit eis

Willielmus de Basevilla in London, & Suth=

werca, & terram de Teia quam abbas Cla=

renbaldus emit, & molendinum quod Willielmus

frater meus eis dedit, de Westbroc in Ospringis=

cum pertinentiis suis; & molendinum de Godewine=

stonam, & Bosindennam cum pertinentiis suis, quam

abbas Clarembaldus emit de Fulcone filio Richar=

di. Quare volo & firmiter præcipio, quod mona=

chi eiusdem abbatiæ de Faueresham, hæc omnia

supradicta teneant, bene, & in pace, & libere, &

quiete, & honorifice, in bosco, & plano, in pratis

& pascuis, in aquis & molendinis, in viis, & semitis,  
in stagnis, & piscariis, in portibus, & foris, & in  
omnibus locis, & in omnibus rebus, cum socha,

688a

& sacha, & toll, & theam, & infangenethef,  
& cum omnibus libertatibus, & liberis consuetu= dinibus, cum quibus aliqua ecclesia regni Angliæ melius, & liberius & quietius tenet, sicut cartæ suæ quas inde habent, testantur. Teste T. archie= pisco Cantuariensi, Roberto episcopo Lincolni= ensi, Hillario episcopo Cicestrensi, Thoma cancel= lario, Willielmo comite Warenn, Henrico de Essex constabulario, Reginaldo de Warrenna, Richardo de Lucy, Richardo de Humet, constab. Willielmo Martell, Manasero Biset, dapifero, Warino filio Geraldi, camerario Faremusa, Wil= lielmo de Kaisneto, apud Gloucester.

*Alia ejusdem regis carta.*

r. Stephani

Ibid.  
Cart. 9. E.  
2. n. 48.  
per In=  
spex.

Vide Pat.  
4. E. 4.  
part 3.  
m. 6.

S. Rex Angliæ archiepiscopis, episcopis, abbatib= bus, comitibus, justiciariis, vicecomitibus, baronibus, ministris, & omnibus fidelibus suis Francis & Anglis totius Angliæ salutem. Sci= atis me dedisse & concessisse pro salute animæ meæ & Mathildis reginæ uxor meæ, & E. filii mei, & aliorum puerorum meorum, & antecesso= rum meorum regum Angliæ manerium meum de Faresham ad fundandam abbatiam ibidem de ordine monachorum Cluniacensium. Quare vo= lo & firmiter præcipio quod abbas & monachi ibidem Deo servientes in perpetuum teneant & possideant manerium illud & abbatiam suam ita bene & in pace, & libere, & quiete & honorifice in bosco & plano in pratis & pasturis, & aquis & molendinis, & stagnis & portibus, & omnibus aliis locis & rebus cum socna & saca & toll & theam & infangenetheof, & cum omnibus aliis liberis consuetudinibus cum quibus aliqua ecclesia regni mei melius & liberius & quietius tenet. Scia= tis etiam quod dedimus ego & Mathildis regina uxor mea Willielmo de Ipra in escambium pro eo= dem manorio de Faresham, Lillechirch cum pertinentiis suis de hæreditate reginæ, & superplus in manorio meo de Middeltona. T. H. episcopo Winton. fratre meo, & Roberto episcopo London; & comite Eustacio filio meo, & W. de Ipra, & R. de Ver, & W. Martell & Ricardo de Luci, et H. de Essex, & R. de Camvill, apud Bermunde= seiam.

*Carta regis Johannis.*

Ibid.

Johannes Dei gratia rex Angliæ (&c.) Sci= atis nos intuitu Dei (&c.) confirmasse abbati & monachis S. Salvatoris de Faresham secundum ordinem Cluniacensem ibidem Deo servientibus abbatiam ipsam de Faresham quam rex Ste= phanus fundavit in ipso manorio de Faresham, & manerium de Faresham cum hundredo, & om= nibus pertinentiis suis quæ habent de dono ipsius Stephani. Confirmamus etiam eis & concedimus, quod homines ipsorum monachorum de Faresham quieti sint de theloneo & passagio & murdro & dane=

geldo & sciris & lestageis, & omnibus exactionibus per totam terram nostram Angliæ. Concedimus etiam eis quod habeant unam feriam singulis annis per octo dies duraturam quæ incipiat ad vincula S. Petri sicut rex Henricus pater noster illam eis concessit. Confirmamus etiam manerium de Triangre cum omnibus pertinentiis suis, quod habent

688b

de dono Matildis quondam reginæ Angliæ, & terras quas ipsa regina emit de Fulcone de Newenham, & eis dedit; scilicet Burdefeld, Kyngedone; & terram de Chatham quam habent de dono Ricardi de Lucy; & terram de Monketon quam habent de dono Radulfi Pikot. Et sokam ejusdem dominæ reginæ in London & Suthwerc quam habent de dono Willielmi de Basevill; & molendinum de Westbroc in Ospreng cum pertinentiis suis cum terra Edwardi Honemann, quæ habent de dono Willielmi avunculi nostri. Et molendinum de Godwinestone quod habent de dono Simonis de Turvill. Et Bolindene cum pertinentiis suis quam abbas Clarenbaldus emit de Heltone filio Ricardi. Confirmamus etiam eis servicium de Stokes quod pertinet ad manerium de Triangre; scilicet quartam partem feodi unius militis quod habent de dono Willielmi comitis Boloniæ, Waren næ & Moretoniæ. Et manerium de Benedis, cum omnibus pertinentiis suis quod habent de dono ejusdem Willielmi. Confirmamus autem eis terram de Messewell cum omnibus pertinentiis suis quam habent ad feodi firmam ex concessione Roberti de Betun advocati Attrebatii. Quare volumus (&c.) Dat. per annum magistri Ricardi de Mariscis cancellarii nostri apud Osprenge septimo die Marcii anno regni nostri xvi.

r. Bosindene

Ibid.

M. Regina Angliæ omnibus Christi fidelibus Francis & Anglis salutem in domino sempernam. Sciatis me dedisse & confirmasse & concessisse abbati & monachis ecclesiæ sancti Salvatoris de Fauresham, in liberam puram & perpetuam elemosinam manerium meum de Treuges, cum omnibus pertinentiis suis, pro salute animæ meæ & omnium fidelium. Quare volo & præcipio quod prædicti abbas & monachi de Fauresham prædictum manerium de Treuges habeant & teneant bene et in pace, cum omnibus suis pertinentiis et cum omnibus aliis libertatibus et liberis consuetudinibus ad me vel ad heredes meos spectantibus, imperpetuum, quietum et solutum ab omnibus secularibus exactionibus sectis et demandis. Testibus Theobaldo archiep. Cant. H. episcopo Winton. Nigello Elyensi episcopo, W. episcopo Norwicensi, Walerio Rofensi episcopo, Henrico de Estsexe, Ricardo de Lucy, et multis aliis.

r. Trenges

r. Trenges

Ibid.

W. Comes Boloniæ & Warr. & Moronii, archiep. episcopis, abbatibus, comitibus justiciariis & baronibus vicecomitibus & ministris & omnibus sanctæ Dei ecclesiæ fidelibus salutem. Sciatis me concessisse & dedisse & hac

presenti carta mea confirmasse abbatii de sancto Salvatore de Faresham & monachis ibidem Deo servientibus, manerium meum de Treunga cum omnibus pertinentiis suis, & servicium de Stoches quod pertinet ad ipsum manerium de Treunga, scilicet quartam partem unius militis. Et manerium meum de Benedis cum omnibus pertinentiis suis, in liberam & quietam & perpetuam elemosinam, pro anima patris mei regis Stephani, & reginæ Matildis matris meæ, & Eustachii fratris mei, & pro anima mea & omnium antecessorum meorum. Quare volo & firmiter præcipio ut præ=

689a

nominata ecclesia de Faresham hæc omnia superdicta bene & in pace, libere & quiete teneat, in bosco in plano, in pratis & pascuis, in viis & semitis & aquis & molendinis cum omnibus aliis liberis consuetudinibus. Testibus, Willielmo Priore de S. Pancracio, Rogero Suppriore, Rinaldo de Warr. Far. de Bolonia, Willielmo fratre comitis, Stephano de Dankeville, Willielmo de Heli, Elia de Sankeville, Wydone clerico, Adam clerico.

Ibid.  
Henricus Dei gratia rex Angliæ, dominus Hiberniæ, dux Normanniæ, Aquitaniæ, & comes Andegaviæ, archiepiscopis, episcopis abbatibus, Prioribus, comitibus, baronibus, justiciariis, forestariis, vicecomitibus, præpositis ministris & omnibus ballivis & fidelibus suis salutem. Sciatis nos intuitu Dei & pro salute animæ nostræ & animarum antecessorum & successorum nostrorum confirmasse abbatii & monachis sancti Salvatoris de Faresham secundum ordinem Cluniacensem ibidem Deo servientibus abbatiam ipsam de Faresham quam rex Stephanus fundavit in ipso manorio de Faresham, & manerium de Faresham, cum hundredo & omnibus pertinentiis suis quæ habent de dono ipsius Stephani. Confirmamus etiam eis & concedimus quod homines ipsorum monachorum de Faresham quieti sint de theloneo passagio & murdro & danegeldo & scyris & lestagiis & omnibus exactionibus per totam terram nostram Angliæ. Concedimus autem eis quod habeant unam feriam singulis annis per octo dies duraturam quæ incipit ad vincula sancti Petri sicut Henricus rex avus noster illam eis concessit. Confirmamus etiam manerium de Triungla, cum omnibus pertinentiis suis, quod habent de dono Matildis quondam regine Angliæ & terras quas ipsa regina emit de Fulcone de Newenham & eis dedit, scilicet Burdefeld, Kingesdon, & terram de Chatham quam habent de dono Ricardi de Luci, & terram de Moneketon quam habent de dono Radulfi Picot, & sokam de feodo ejusdem dominæ reginæ in London & Suthwerk quam habent de dono Willielmi de Basevill, & molenatum de Westbrok in Ospreng cum pertinentiis suis, cum terra Edwardi Honemann quæ habent de dono Willielmi avunculi domini J. regis patris nostri, & molendinum de Godwine=

ston quod habent de dono Simonis de Turville,  
& Bosingden cum pertinentiis suis quam abbas  
Clarenbaldus emit de Heltone filio Ricardi.  
Confirmamus etiam eis servicium de Stok quod  
pertinet ad manerium de Triunges scilicet  
quartam partem feodi unius militis quod habent  
de dono Willielmi comitis Boloniæ Warrennæ &  
Moretonii, & manerium de Benedis cum omnibus  
pertinentiis suis, quod habent de dono ejusdem  
Williel. Confirmamus autem eis terram de Messe=  
well cum omnibus pertinentiis suis quam habent  
ad feodi firmam ex concessione Roberti de Setun  
advocati Attrebat. Quare volumus & firmiter  
præcipimus quod prædicti abbas & monachi de  
Faresham habeant & teneant omnia supradicta  
bene & in pace libere quiete & integre in bosco &  
plano, in pratis & pascuis, in aquis & molendinis,

r. Betun

689b

in viis & semitis, in stagnis & piscariis, in portu=bus & foris, & in omnibus locis & in omnibus rebus, cum soc & sac, & thol & theam, & in=fangthef, & cum omnibus libertatibus & liberis consuetudinibus, sicut ecclesia illa de Faure=sham ea melius liberius quietius & integrius te=nuit & sicut carta H. regis avi nostri & confir=matio J. regis patris nostri & cartæ prædictorum donatorum quas inde habent rationabiliter te=stantur. Hiis testibus, Joscelino Bathoniensi & Ricardo Sarr. episcopis, Huberto de Burgo co=mite Kanciæ, justiciario nostro, Willielmo filio Warini, Radulfo filio Nicholai, Ricardo de Ar=gentein senescallis nostris, Henrico de Capella & aliis. Dat. per manum venerabilis patris Radulfi Cicestrensis episcopi cancellarii nostri, apud Westm. vicesimo secundo die Marcii, anno regni nostri undecimo.

*Breve Petri abbatis Cluniacensis de absolutione abbatis de Feuresham a subjectione Cluniacensis ecclesiæ.*

Ibid.

T. Dei gratia Cantuariensi archiepiscopo fra=ter P. fratum Cluniacensium indignus mi=nister salutem & dilectionem in domino. Notum volumus fieri vestræ dilectioni quod nos dedimus & concessimus Stephano regi Angliæ & M. uxori suæ reginæ, Clarembaldum qui fuit Prior mona=chorum de Bermundeseia & cum eo xii. monachos ejusdem cœnobii, ad construendam abbatiam suam quam apud Faversham fundare jam incœperunt. Præterea absolo ipsum Priorem Clarembaldum & præscriptos monachos ab omni obedientia vel subjectione quam mihi seu ecclesiæ Cluniacensi ante hac promiserant & debebant sive ecclesiæ de Caritate, ut Deo serviant apud Faversham, ita videlicet libere ut nec abbas Cluniacensis vel Prior de Caritate præsumant quicquam in abba=tia de Faversham calumniari.

*De emancipatione abbatis primi de Feuresham & monachorum suorum a subjectione Cluniacensis ecclesiæ.*

Ibid.

T. Dei gratia archiepiscopo Cantuariensi B.

Prior conventus monachorum sanctæ Ma=  
riæ de Caritate salutem & caritatis devotionem.  
Notum facimus sanctitati vestræ quod Clarem=  
baldum Priorem de Bermundeseia & xii. mona=  
chos ejusdem monasterii, rege Stephano & uxore  
eius Matilliide regina pio expetentibus desiderio,  
ab omni obedientia & subjectione quam nobis  
& ecclesiæ nostræ de Caritate necnon abbatii Petro  
& Cluniacensi ecclesiæ debuerant, Roffensi epis=  
copo cum clericis suis, Priore etiam Cantuari=  
ensi cum suis, & aliis quam pluribus tam clericis  
quam laicis astantibus, absolvimus, ex parte tam  
prædicti Petri Cluniacensis abbatis quam nostra.  
Eosque regi & reginæ ad construendam abbatiam  
suam de Faresham emancipatos omni liber=  
tate donavimus, ut ipsa abbatia in eadem maneat  
libertate in qua manet abbatia de Rading de mo=

690a

<misnumbered '691'>

nachis ordinis nostri constructa. Ne ergo in  
posterum huic datæ libertati in aliquo cavillatorie  
ab aliquibus derogetur, donationem istam sive  
emancipationem verbo tenus & realiter factam  
scripto nostro consignamus & sigilli nostri im=  
pressione confirmamus. Valete in domino.

*Carta de Messewella.*

Ibid.

Notum sit tam posteris quam modernis quod  
ego Robertus de Betuna advocatus Atre=  
bati, consensu & assensu filiorum meorum Roberti,  
Willielmi, Balduini, Johannis, Cononi, concessi  
abbati sancti Salvatoris de Faversam & ejus=  
dem loci conventui pro salute animæ meæ & uxoris  
meæ Aaliciæ & antecessorum meorum & omni=  
um amicorum meorum totam terram meam de  
Messewella cum omnibus pertinentiis suis in bosco  
in plano in pratis in terris in aquis & in omnibus  
rebus tenendam de me & omnibus hæredibus meis  
ad feudam firmam in perpetuum, libere & quiete  
pro omni servicio sicut eam liberius & quietius  
tenui, pro decem libris sterlingorum annuatim inde  
reddendis mihi & hæredibus meis vel nuncio nostro  
apud Faveresham in nativitate sancti Johannis  
baptistæ. Et quia nolo quod hæc mea concessio &  
hæredum meorum aliquatenus ab aliquo in posterum  
possit infringi, eam a domino rege Henrico impera=  
tricis filio confirmari feci. Et ego ipse hujus meæ  
cartæ attestatione & sigilli mei in pressione inper=  
petuum valitaram roboravi. Pro hac autem præ=  
dicta concessione & confirmatione, præfatus abbas  
& conventus dederunt mihi & meis centum mar=  
cas sterlinorum. Ego vero & hæredes mei debe=  
mus eis prædictam terram in perpetuum waran=  
tizare contra omnes homines præter solum regem  
Angliæ & ejus ministros pro prædicto censu decem  
librarum. Hujus rei testes sunt, Ilbertus de Ca=  
rendiro, Johannes de Fossa, Robertus præpositus,  
Johannes clericus, Willielmus de Forond, Pa=  
ganus filius Odonis, Robertus Bassett, Willielmus  
filius ejus, magister Adam, Ricardus Peiforere,  
Radulfus de Fisseburna, Hamo de Gravenel,  
Ricardus filius Heltonis, Herbertus de Herteia,  
Johannes de Sezanna, Gaufridus Præpositus, Al=

binus, Albricus, & multi alii.

.....

693

Coenobia Anglicana,  
DE ORDINE  
CISTERCIENSI.

.....

827a

BOXLEENSIS Abbatia  
in agro Cantiano.

Ex Chron.  
clauſtri  
Roffensis.

ANNO millesimo centesimo qua=  
dragesimo quarto Willielmus de  
Ipre, præfæctus bello sub Re=  
ge Stephano, Abbatiam de Box=  
ley fundavit; erat autem al=  
bis repleta monachis.

*Confirmatio donationum per Regem Ricardum  
primum.*

Cart.  
37 H. 3.  
m. 9. per  
Inspx.

Ricardus Dei gratia Rex Angliæ (&c.) Sci=  
atis nos concessisse, & presenti carta nostra  
confirmasse in perpetuam elemosinam, pro ani=  
ma patris nostri Regis Henrici, & pro salute  
nostra & matris nostræ, & antecessorum nostro=  
rum Abbaciæ de Boxele, & monachis secundum  
ordinem Cisterciensem, ibidem Deo servientibus,  
totum manerium de Boxele, cum omnibus per=  
tinentiis suis, in bosco & plano, in pratis & pa=  
sturis, in aquis & molendinis, in viis & semitis,  
& in omnibus aliis locis & aliis rebus ad idem ma=  
nerium pertinentibus, cum omni jure & liberta=  
te ejusdem manerii, libere & quiete, integre &  
honorifice & plenarie, sicut gloriosus Rex Hen=  
ricus proavus noster manerium illud tenuit. Et  
parcum cum clausuris suis & omnibus pertinenti=  
is suis sine ullo retenemento. Ad hæc autem con=  
cedimus eisdem monachis, & presenti Carta con=  
firmavimus omnes conventiones quas ipsi fece=  
runt erga homines qui tenent de eodem manerio;  
in pasturis, videlicet & in escambiis, & in empti=  
one terræ, & in terris unde eis redditus condo=  
naverunt, & in terris unde monachi eis redditus  
reddunt; Et conventiones erga Johannem de  
Horpole & filios ejus de terra sub montibus &  
supra, & apud Wavering, & de Tattelmele,  
& erga Edwardum de Burnleg, & erga filios  
Johannis de Capella super Tattelmesle in feudi  
firmam per quinque marcas argenti annuatim

827b

reddendas illi & hæredibus ejus. Et terram quæ  
dicitur Hereburcheland Archiepiscopi Cantuar.  
& unum mercatum in Ho ex dono Matildis de  
Canvill, & domos Anselmi. Decimas Sandi=  
censes in Dovor, cum suo maisagio. Et in Sur=  
reia teram de Chissendon, cum pastura quam  
Robertus de Chissendon in liberam eis dedit e=  
lemosinam libere & plenarie secundum ejusdem  
Roberti cartæ rationabiliter attestatum. Et Lon=

dini domos Paridis, Roffensis archidiaconi, super  
Thamisiam, novas & veteres, sicut ejus Carta  
rationabiliter testatur. Et mariscum quod te=  
nent apud Rommenel de archiepiscopo Cantuar.  
sicut rationabiles cartæ quas inde habent testan=  
tur. Et omnes alias terras & tenementa & posses=  
siones suas secundum Cartas rationabiles vel  
chyrographa donatorum vel venditorum vel es=  
cambitorum suorum. Quare volumus & firmi=  
ter præcipimus quad prædicta abbacia omnia te=  
nementa sua & homines & redditus suos habeat  
& teneat integre & libere (&c.) cum sacca &  
socca (&c.) Testibus Hugone Dunelmensi. G.  
Winton. H. Sarum. R. Bathon. episcopis (&c.)  
Dat. per manum W. de Longocampo Elyen. Can=  
cellarii nostri, septimo die Decembris anno pri=  
mo regni nostri.

.....

1151

ERRATA,

In quibus, p. paginam, c. columnam, l. lineam designat.

..... p. 19. c. 2. l. 10 Athelardo, ib. l. 54 Binne, ib. l. 55 Lyfchild, p. 20. c. 2. l. 20  
Wefingmersh, ib. l. 61 pro et etiam, lege terram, p. 21. c. 1. l. 55 platea, p. 23. c. 1.  
l. 63 Orientem, p. 25. c. 2. l. 65 ambitum, p. 27. c. 1. l. 32 Elfswitha, l. 33 Darente,  
l. 46 Lametham & Hedenham, ead. p. co. 2. l. 1 aptum, l. 7 Hrofibrevi, .....  
p. 152. c. 2. l. 54 monialibus, ..... p. 353. c. 1. lin. 28 Senbero, l. 40 xxx p. ubi,  
ad oram pag. pro pearucas, rescribe porcorum, ..... p. 502. c. 1. l. 9 insula de  
Gren, ..... p. 622. c. 1. l. 48 & onerationem, l. 54 Purley, c. 2. l. 23 warpeni &  
inpeni, ..... p. 688. c. 1. l. 15 Alia Stephani regis charta, c. 2. l. 13 Bosindene,  
l. 36 & 40 Trenges, p. 689 c. 1. l. 62 Betun, .....

Quædam alia sunt, non solum typographica, sed & autographica: illa, plerumque  
leviora & a quovis sciole facile corrigenda: ista, pauciora licet, majora, tamen; ut  
quæ sensum & syntaxin quandoque vitiant, quandoque obscurum reddunt: ...  
Quæ tamen, ne in exhibendo parum fidi habeamur, serii Lectoris judicio & candori  
consultius duximus relinquenda. Vale.

<C.F. February 2011.>